This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

UC-NRLF
B 2 869 651

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.
GIFT OF
Berlin - Universität
Received ..... 189 .
Accession No. 86802 . Class No. .....

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5.

De

fonte nonnullorum fragmentorum

Nicolai Damasceni libri

qui erat inscriptus

παραδόξων ἐθῶν συναγωγή.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE 27 M. Maii A. MDCCCLXXXXV

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

Eugenius Reimann
Vratislaviensis.

ADVERSARII ERUNT:

Fritz Wellmann, cand. phil.
Eduard Hoffmann, cand. phil.
Hans Wachtler, cand. phil.

GOTTINGAE

OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT.
W. FR. KAESTNER.

Digitized by Google

Haec dissertatio inauguralis pars est opusculi, quod inscribitur 'quo ex fonte fluxerit Nicolai Damasceni παραδόξων ἐθῶν συναγωγή', quod brevi in „Philologo" in lucem prodibit.

Digitized by Google

Hermanno Dielesio

Sacrum.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF CALIFORNIA

Nicolaum Damascenum scripsisse librum, qui erat inscriptus παραδόξων ἐθῶν συναγωγή, tradit Photius (Bibl. cod. 189) his verbis (cf. Mueller F. H. G. III p. 347): ἐν ταὐτῷ δὲ (scil. in eodem volumine, quod continebat Sotionis Περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν παραδοξολογούμενα) συνανεγνώσθη καὶ Νικολάου λόγος, Ἡρῴδῃ τῷ Ἰουδαίων βασιλεῖ προσπεφωνημένος, ἐν ᾧ παραδόξων ἐθῶν ἐστι συναγωγή. Fragmenta huius libri numero quadraginta quinque servavit solus Stobaeus in florilegio, sed quamquam brevia et inter se non conexa sunt, tamen diligentius investigantem fontes auctoresque latere non possunt. Collatis enim eis, quae Nicolaus refert de quibusdam gentibus cum eis, quae alii scriptores tradunt, accurateque quaesito, utrum scriptorem ipsum an eius auctorem secutus sit Nicolaus, reperiemus permulta unum eundemque fontem sapere.

Atque primum quidem ea, quae de Iberorum moribus refert Nicolaus (c. 1, Westermann, paradoxogr. p. 166, Stob. ed. Hense, III 5, 14) magnam partem etiam apud Strabonem (p. 304) exstant, quod quo facilius intellegatur, utriusque verba afferantur.

Nicol.	Strabo.
ἔχουσι δὲ καὶ μέτρον τι ζώνης ᾗ τὴν γαστέρα περιλαβεῖν ἂν μὴ δύνωνται, αἰσχρὸν ἡγοῦνται.	Ἔφορος δὲ ὑπερβάλλουσάν τε τῷ μεγέθει λέγει τὴν Κελτικὴν ὥστε ἥπερ νῦν Ἰβηρίας καλοῦμεν ἐκείνοις τὰ πλεῖστα προσνέμειν μέχρι Γαδείρων ... καὶ λέγει .... ἀσκεῖν αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι μηδὲ προγάστορας. τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέρος ζημιοῦσθαι.

Digitized by Google

Ephorus, quamquam apud Celtas illum morem esse dicit, intellexit tamen eos, quos reliqui scriptores Hiberos appellant. Strabo ipse hoc errasse eum dicit, quod terram Celticam in Iberiam pertinere usque ad Gades putaret. Iberorum igitur, quos Celtas esse putavit, morem Ephorus tradidit; itaque re plane consentit cum Nicolao atque hic sua hausisse videtur ex illo; nam quod nomine gentis differunt, nihil refert, nam Nicolaus, homo eruditissimus, facile ex Ephori libris cognoscere potuit, quibus locis ille re vera de Celtis, quibus de Iberis verba faceret [1]). — Sed quae prima Nicolai de Iberis sententia narrantur, inveniuntur etiam in fragmentis illis codicis Vaticani duodecimi, quae Erwinus Rohdius primus edidit (acta societatis philol. Lipsiens. ed. Ritschelius, 1872, tom. I p. 27 sqq.), haec autem sunt utriusque verba:

Nicol. (l. l.)	cod. Vat. frg. XXVI.
Ἰβήρων αἱ γυναῖκες κατ' ἔτος ὅτι ἂν ἐξυφήνωσιν ἐν κοινῷ δεικνύουσιν· ἄνδρες δὲ χειροτονητοὶ κρίναντες τὴν πλεῖστα ἐργασαμένην προτιμῶσιν.	Παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν ἔθος ἐστὶν ἐν ἑορτῇ τινι τὰς γυναῖκας τιμᾶν δώροις, ὅσαι ἂν πλεῖστα καὶ μάλιστα ἱμάτια ὑφήνασαι τότε ἐπιδείξωσιν.

Ego quidem puto, quod secundam huius fragmenti sententiam ex Ephoro fluxisse demonstravimus, haec quoque verba eidem auctori deberi, sed aliter Rohdius sentit (l. l.) de hac re, fragmenta enim illa fluxisse ex Isigono eaque Nicolai fragmenta, quae cum eis consentiunt — sunt autem sedecim —, ex eodem Isigono hausta esse putat. Quod utrum sit rectum necne, infra, cum omnia pertractaverimus Nicolai fragmenta, disseremus, atque ita rem instituam, ut, quibus locis Nicolaus cum codice Vaticano consentit, huius verba adnotem, totam autem rem, ut iam dixi, infra diiudicem.

Ea, quae de Tartessiis refert Nicolaus (Westerm. c. 2, Stob. ed. Meineke XLIV 41: παρὰ Ταρτησσίοις νεωτέρῳ πρεσβυτέρου καταμαρτυρεῖν οὐκ ἔξεστι) apud eos scriptores, qui ante eum fuerunt, non exstant; Eustathius, qui de hac gente loquitur (ad Dionys. perieg. 337), ea non commemorat. — Congruunt autem de moribus Celtarum Nicolaus (Westerm. c. 3, Stob. ed. Hense III

[1]) cf. Marx, Ephori Cumaei fragmenta, p. 145.

Digitized by Google

7, 39) et scriptor ille, cuius de Cimbris Celtisque narrationem profert Strabo (p. 293 — cf. Ael. v. h. XII 23), de quo loco infra accuratius loquar:

Nicolaus.	Strabo.
Κελτοὶ οἱ τῷ ὠκεανῷ γειτνιῶντες αἰσχρὸν ἡγοῦνται τοῖχον καταπίπτοντα ἢ οἰκίαν φεύγειν. πλημμυρίδος δὲ ἐκ τῆς ἐξω θαλάσσης ἐπερχομένης μεθ' ὅπλων ἁπαντῶντες ὑπομένουσιν, ἕως καταλύζονται, ἵνα μὴ δοκῶσι φεύγοντες τὸν θάνατον φοβεῖσθαι.	οὐκ εὖ δ' οὐδὲ ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες καταλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσιν, καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου, ὅπερ Ἔφορός φησιν.

Atque primum quidem Strabonis locus, quem attuli, dignus est, qui accuratius tractetur. Neque enim primo aspectu diiudicari potest, utrum sit ille, ὁ φήσας' Ephorus, an alius quidam ignotus, aut, ut aliis verbis utar, utrum totus ille locus Ephoro debeatur, necne. — Atque Duemmlerus adductus loco quodam Aristotelico [2]), quo narratur Celtas neque terrae motibus neque undis terreri, Nicolaum, cum apud eum similia legantur de Celtis, sua hausisse ex Aristotele putat (Mus. Rhen. XLII p. 193); nam quod Strabonis verba multo sunt similiora Nicolai narrationi, id Duemmleri sententia nihil refert, illum enim, quem Strabo primis verbis commemorat, ὁ φήσας' non esse Ephorum, sed Nicolaum, eumque non modo verba facere de Cimbrorum, sed etiam de Celtarum fortitudine putat; ad Ephorum revocanda esse extrema tantum verba: καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου (ὅπερ Ἔφορός φησιν). Hanc esse Duemmleri sententiam elucere mihi videtur ex verbis eius his (l. l.): „wenn Strabo sich Buch VII 293 mit dieser Schilderung (sc. Aristotelis) bekannt zeigt, so kann der anonyme Vertreter derselben (ὁ φήσας) sehr wohl Nikolaos sein, von Ephoros wird derselbe deutlich geschieden". Hanc Duemmleri sententiam non multo post refellit Kaerstius (Jahresber.

[2]) eth. Nicom. Γ 10, 1115 b: τῶν δ' ὑπερβαλλόντων ὁ μὲν ἀφοβίᾳ ἀνώνυμος (εἴρηται δ' ἡμῖν ὅτι πολλὰ ἔστιν ἀνώνυμα), εἴη δ' ἄν τις μαινόμενος ἢ ἀνάλγητος εἰ μηδὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν μήτε κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς . . . .

Digitized by Google

f. d. Fortschritte der klass. Alterthumswissensch. 58, p. 330 sq.), putat enim illum, ὁ φήσας' esse Ephorum totumque Strabonis locum ei deberi; quae opinio, quamquam non plane recta esse videtur, tamen multo mihi placet magis, quam Duemmleri; intellexit enim Kaerstius totam Ephori de Celtis narrationem exstare apud Strabonem neque posse secerni verba illa ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες κατακλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν a verbis insequentibus καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου quae verba, si sola Ephoro attribuuntur, fere nihil significant. Itaque cum Strabonis sive Ephori verba simillima sint Nicolai narrationi, hunc ex illo hausisse facile credo; Aristotelem fontem fuisse Nicolai nego, nam primum similitudo illius loci Aristotelici cum Nicolai verbis non est magna, deinde Strabo in vituperandis falsis de Cimbris narrationibus sequitur Posidonium [3]), quod Kaerstius quoque vidit (l. l. p. 330), hic enim primus eas fictas esse intellexit [3]), itaque multo mihi verisimilius videtur esse, quod putat Kaerstius (l. l. p. 331) de origine illius apud Aristotelem similitudinis, eum respexisse ad Ephorum. Sed quae inter utrumque ratio sit, infra accuratius demonstrabo, hoc loco me in ceteris cum Kaerstio consentire confiteor, sed illum ὁ φήσας Ephorum esse nego. Strabo enim mihi ex Ephoro hausisse videtur ea tantum, quae a verbis οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν . . . usque ad verba . . ἢ πολέμου ab eo proferuntur. Nam primum minime est verisimile Ephoro iam Cimbros notos fuisse — primus autem Pytheas de eis verba fecisse dicitur — tum ex ipsius Strabonis verbis eum duas proferre sententias elucere videtur. Toto enim illo capite complures reprehendit scriptores, quorum de Cimbris narrationes falsas esse edocet. Atque primam quidem his tangit verbis (VII 2, 1 p. 292): οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τοῦ πλάνητας γενέσθαι καὶ λῃστρικοὺς ἀποδέξαιτ' ἄν τις (quis haec de Cimbris narraverit, non dicit), secundam (l. l.): οὐκ εὖ δ' οὐδὲ ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους (nomen auctoris non affertur), tertiam paulo post his verbis οὐδὲ Κλείταρχος εὖ . . . Omnibus igitur his locis nova sententia affertur negativa particula aliqua (οὔτε — οὐδὲ — οὐδέ), itaque cum illa de Celtis quoque narratio praece-

[3]) Strabo VII 2, 2 p. 293: ταῦτά τε δὴ δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος.

Digitized by Google

dentibus verbis adiungatur particula eadem οὐδέ, hoc loco duas sententias exstare, Ephori de Celtis, ignoti cuiusdam de Cimbris verisimile est. Nam cum ab Ephoro de Celtis eadem falsa Strabonis sententia atque de Cimbris ab illo 'ὁ φήσας' narrarentur, adnotavit ea Strabo atque quasi praeteriens in hac adnotatione auctoris nomen addidit verbis illis ὅπερ Ἔφορός φησιν. — Quod Ephori nomen affertur, illius autem nomen scriptoris, qui idem de Cimbris narrabat, non commemoratur, nihil refert, neque enim Strabo nomen eius scriptoris, in quem primum invehitur (οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν κτλ.), tradit, itaque haec res offensionem nullam mihi praebere videtur. — Quis sit ille ὁ φήσας, nescio, neque id, cum Nicolai de Cimbris fragmenta non exstent, ad rem propositam pertinet. — Sed Muellenhoffius quoque de hac re aliter sentit, putat enim (deutsche Alterthumskunde I p. 231) Posidonium, quem Strabo (p. 293) excerpat, refellisse eorum sententiam, qui Cimbros magnis aquarum incommodis coactos ex finibus suis emigrasse crederent, atque eodem loco invectum esse in eos, qui ante eum fuissent scriptores, qui multa de Celtarum contra aquas pugnis narrarent, Strabonem autem neglegentissime excerpentem ad Ephorum omnia rettulisse. Sed primum iam supra commemoravi non esse credibile Ephorum mentionem fecisse Cimbrorum, deinde ex ipso Strabonis opere elucet eum valde studuisse ne gentes illas confunderet, atque separatim de utraque diligentissime verba fecisse (cf. 195—201 de Celtis, 291—295 de Cimbris), praeterea, cum illo loco (p. 293) multas de Cimbris falsas sententias refellat, eum summa diligentia et cura de illis gentibus eo ipso loco disseruisse, ne idem faciat, quod reprehendat, credibile est. —

Ephori igitur, quocum plane consentit, de Celtis narrationem in suum librum transtulit Nicolaus. — Idem fortasse ex alia eius de Celtis sententia (W. c. 4, Stob. M. XLIV 41) cognosci potest: Dicit enim: Μείζω δ' ἐστὶν ἐπιτίμια κατὰ τοῦ ξένον ἀνελόντος ἢ πολίτην. Similia legimus apud Strabonem (p. 304): Ἔφορος δὲ . . . . . φιλέλληνας ἀποφαίνει τοὺς ἀνθρώπους (sc. τοὺς Κελτούς); illud 'φιλέλληνας' idem significare videtur, atque 'φιλοξένους'; consentiunt igitur Nicolaus et Strabo atque utriusque fons videtur esse Ephorus. Quod alio quoque modo demonstrari potest. Scymnus enim Chius, quem permulta ex Ephoro et de Graecia, ut ipse

Digitized by Google

testatur [4]), et de Celtis, Indis, Scythis, Aethiopibus in suum opus transtulisse constat [5]), de Celtis et alia, et haec dicit (v. 183 sqq.):

Χρῶνται δὲ Κελτοὶ τοῖς ἔθεσιν Ἑλληνικοῖς
Ἔχοντες οἰκειότατα πρὸς τὴν Ἑλλάδα
Διὰ τὰς ὑποδοχὰς τῶν ἐπιξενουμένων.

Verba illa ἔχοντες οἰκειότατα κτλ. a Muellero recte hoc modo versa sunt (geogr. min. I 202, 184 sqq.): „contracta cum Graecis consuetudine ob receptiones subinde adventantium"; prorsus igitur haec congruunt cum Strabonis illo, φιλέλληνας' et toto sensu Nicolai de hac re sententiae, quam ob rem omnes tres eundem auctorem secutos esse puto, Ephorum. — Ad Graecorum commercium pertinent ea, quae Aristoteles qui dicitur de Celtis tradit (Mirab. 85): ἐκ τῆς Ἰταλίας φασὶν ἕως τῆς Κελτικῆς καὶ Κελτολιγύων καὶ Ἰβήρων εἶναι ὁδὸν Ἡράκλειαν καλουμένην, δι' ἧς ἐάν τε Ἕλλην, ἐάν τε ἐγχώριός τις πορεύηται, τηρεῖσθαι ὑπὸ τῶν παροικούντων, ὅπως μηδὲν ἀδικηθῇ· τὴν γὰρ ζημίαν ἐκτίνειν καθ' οὓς ἂν γένηται τὸ ἀδίκημα. Haec similia sunt Nicolai verbis, sed ad cognoscendum Aristotelis qui dicitur fontem non sufficiunt. —

Quae de Umbris Nicolaus refert [6]), non consentiunt cum eis, quae alii scriptores de hac gente dicunt, molles enim habebantur, non fortes (cf. Theopompum, apud Athen. XII p. 526 F). — De Lucanis [7]) apud alios nihil invenimus, ex quo Nicolai fons cognoscatur.

De Samnitibus (West. c. 8, Stob. M. XLIV, 41) similia narrat Strabo (V 250), sed quem sit secutus auctorem, non dicit, incerto autem utitur illo 'φασί', neque paulo ante, neque paulo

---

[4]) v. 472: Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος
Ἐφόρῳ τε . . .
cf. Susemihl, alex. Litteraturgesch. I p. 678: das Ganze war eine Kompilation aus Ephoros, Timaeos, Eratosthenes und anderen.

[5]) cf. Mueller, geogr. min. I p. LXXVIII. Matthiessen Jahns, Jahrbb. Supplemb. III 1857–1860 p. 884 sqq – Marx, Ephori Cumaei fragmenta p. 158, 55.

[6]) West. c. 5. 6. Stob. H. III 7, 38 – III 10, 69. Ὀμβρικοὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους μάχαις αἴσχιστον ἡγοῦνται ἡττημένοι ζῆν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἢ νικᾶν ἢ ἀποθνήσκειν. — Ὀμβρικοὶ ὅταν πρὸς ἀλλήλους ἔχωσιν ἀμφισβήτησιν, καθοπλισθέντες ὡς ἐν πολέμῳ μάχονται, καὶ δοκοῦσι δικαιότερα λέγειν οἱ τοὺς ἐναντίους ἀποσφάξαντες.

[7]) Stob. M. XLIV 41. West. c. 7: Λευκανοὶ δικάζονται ἀλλήλοις ὥσπερ ἄλλου τινος ἀδικήματος οὕτω καὶ ἀσωτίας καὶ ἀργίας. Ἐὰν δέ τις ἀσώτῳ δανείσας χρέος ἐλεγχθῇ στέρεται αὐτοῦ. Καὶ Ἀθήνησι δὲ τῆς ἀργίας εἰσὶ δίκαι.

Digitized by Google

post, unde mores Samnitium hauserit, commemorat. Sed afferam utriusque verba:

Nicolaus.	Strabo.
Παρὰ Σαυνίταις κατ' ἔτος οἵ τε ἡβῶντες κρίνονται δημοσίᾳ καὶ αἱ παρθένοι, ὁ δὲ κριθεὶς ἄριστος εἶναι λαμβάνει ἣν βούλεται, εἶθ' ὁ μετ' ἐκεῖνον δεύτερος καὶ οὕτως ἐφεξῆς.	φασὶ δὲ νόμον εἶναι παρὰ τοῖς Σαυνίταις καλὸν καὶ προτρεπτικὸν πρὸς ἀρετήν· οὐ γὰρ ἔξεστι διδόναι τὰς θυγατέρας οἷς ἂν ἐθέλωσιν, ἀλλὰ κρίνεσθαι κατ' ἔτος δέκα μὲν παρθένους, δέκα δὲ τῶν νέων τοὺς ἀρίστους καὶ τὰς ἀρίστας, τούτων τῷ πρώτῳ τὴν πρώτην δίδοσθαι, τῷ δὲ δευτέρῳ τὴν δευτέραν καὶ ἑξῆς οὕτως.

De Libybus Tritonidis apud Herodotum[8]) similia leguntur eis, quae Nicolaus narrat de Liburniis[9]), qua re haud scio an Libyum nomen sive a Nicolao, sive a Stobaeo corruptum sit, sed pro certo de hac re nihil dici potest[10]).

Ne ea quidem, quae de Dardanis[11]) narrat Nicolaus apud alium scriptorem, qui fuit ante eum, legimus neque ad fontem eius ducimur eis, quae de Autariatis[12]) et Boeotis[13]) exstant apud eum.

---

[8]) IV 180: μίξιν δὲ ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται (sc. οἱ Λίβυες) οὔτε συνοικέοντες κτηνηδόν τε μισγόμενοι. ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἀδρὸν γένηται, συμφοιτῶσι ἐς τὠυτὸ οἱ ἄνδρες τρίτου μηνός, καὶ τῷ ἂν οἴκῃ τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται.

[9]) West. c. 10. Stob. M. XLIV 41: Λιβύρνιοι κοινὰς τὰς γυναῖκας ἔχουσι, καὶ τὰ τέκνα ἐν κοινῷ τρέφουσι μέχρις ἐτῶν πέντε· εἶτα τῷ ἕκτῳ συνενέγκαντες ἅπαντα τὰ παιδία τὰς ὁμοιότητας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἰκάζουσι καὶ ἑκάστῳ τὸν ὅμοιον ἀποδιδόασι πατρί· ἀφ' ἧς δ' ἂν ἀπολάβῃ τὸ παιδίον, ἕκαστος υἱὸν ὑπολαμβάνει.

[10]) Eadem atque apud Nicolaum legimus de Liburniis in fragmento codicis Vat. quadragesimo septimo, post ἀποδιδόασι (cf. adn. 9) haec verba sequuntur: καὶ λοιπὸν ἐκεῖνος ὡς υἱὸν ἔχει (cf. Rohde l. l. p. 40).

[11]) Westerm. c. 10. Stob. M. V 51: Δαρδανεῖς Ἰλλυρικὸν ἔθνος τρὶς ἐν τῷ βίῳ λούονται μόνον, ὅταν γεννῶνται, καὶ ἐπὶ γάμοις καὶ τελευτῶντες. Eadem legimus in codice Vat. (cf. Rohde l. l. p. 40 frgm. XLVIII), praeteren autem haec ibi exstant verba: ὅταν δὲ ἐπικηρυκεύωνται τοῖς πολεμίοις, ἅρνα κομίζουσι καὶ κλάδον δένδρου, καὶ ἐὰν μὲν δέχωνται οἱ πολέμιοι τὰς σπονδάς, καταλείπουσιν ἃ ἐκόμισαν, εἰ δὲ μή, πάλιν αὐτὰ ἀποφέρουσιν.

[12]) West. c. 11. Stob. M. LIV 39: Αὐταριᾶται τοὺς ἀδυνάτους τῶν στρατιωτῶν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις οὐδέποτε ζῶντας ἀπολείπουσιν.

[13]) West. c. 12. Stob. M. XLIV 41: Βοιωτῶν ἔνιοι τοὺς τὸ χρέος οὐκ ἀποδιδόντας εἰς ἀγορὰν καθῆσαι κελεύουσιν, εἶτα κόφινον ἐπιβάλλουσιν αὐτοῖς· ὃς δ' ἂν κοφινωθῇ ἄτιμος γίνεται. Δοκεῖ δὲ τοῦτο πεπονθέναι καὶ ὁ Εὐριπίδου πατὴρ, Βοιωτὸς ὢν τὸ γένος.

Digitized by Google

Sequuntur (Westerm. c. 13, Stob. M. XLIV 41) Lacedaemoniorum instituta, sed primum de Cretensium moribus (Westerm. c. 14, Stob. M. XLIV, 41) loquar, quo facto ad Lacedaemonios redibo. Imprimis enim Nicolai de Cretensibus narratio eius modi mihi videtur esse, ut auctorem eius demonstrare possimus.

Atque ea quidem, quae prima sententia refert, ex Ephoro fluxisse suspicor, Scymnus enim Chius, quem iam supra tetigimus, similia ex Ephoro hausit, haec autem sunt utriusque verba:

Nicolaus (l. l.).	Scymnus
Κρῆτες πρῶτοι Ἑλλήνων νόμους ἔσχον τοῦ Μίνωος θεμένου, ὃς καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησε	(geogr. min. I p. 217, c. 543 sqq.). Πρώτους δὲ Κρῆτάς φασι τῆς Ἑλληνικῆς Ἄρξαι θαλάσσης τάς τε νησιώτιδας Πόλεις κατασχεῖν, ἃς δὲ καὶ συνοικίσαι Αὐτῶν Ἔφορος εἴρηκεν

Scymnus non commemorat Minoem regem neque de Cretensium legibus quidquam dicit; quod mirum non est: primum enim in opusculo geographico, quo omnia quam confertissime et brevissime proferuntur, legum et legislatorum mentionem fieri opus non erat, sed de terris tantum, gentibus, bellis dicendum erat, tum „eius periegesis, ut Muellerus dicit (geogr. min. I p. LXXIV 105), eorum ex numero opusculorum est, quae puerorum institutioni destinata perexiguum in docta antiquitate pretium habebat", pueris autem narramus de bellis et gentibus, pauca de legibus, haec enim ab eis neque magna cum delectatione audiuntur, neque plane intelleguntur. At contra Nicolaus, cuius plurimum mirabilia proferre intererat, breviter stringit illam Minois dominationem maris, de qua Scymnus accurate verba facit, quam ob rem nihil obstat, quo minus utrumque eodem auctore usum esse credamus. Sed apud Diodorum de eadem re similia leguntur (V 78 et 84), quibus fortasse ad accuratiorem fontis cognitionem adducimur. Is enim narrat et ea, quae apud Nicolaum, et ea, quae apud Scymnum exstant; commemorat Minoem primum leges tulisse, mari dominatum esse, insulas Cyclades subegisse, colonias deduxisse. Diodorum autem plurima ex Ephoro excerpsisse constat, sed liceat mihi afferre sententiam Caueri, qui quinto libro, quo illi loci, quos supra commemoravi, continentur, eum Timaeum secutum esse putat (de fontibus ad Agesilai historiam pertinentibus Vratislaviae, 1847, p. 38), sed addit „simili ratione, qua libri quarti fini appendix adiuncta sit,

Digitized by Google

etiam ipsi narrationi passim aliqua inserta esse aliunde petita: velut II 29—31 locum de Chaldaeis, IV 56 de reditu Argonautarum, *V 64—80 de Creta insula;* hanc Caueri sententiam plane sequor neque minus probo, quae et ille non multo post (l. l. p. 45) et Volquardsenus[14]) et alii[15]) dicunt in libro XI usque ad librum XVI Timaeum non nisi de rebus Siculis adhibitum esse, de Graecianis in solo Ephori nomine consistendum esse. Huic igitur illi de Cretensibus loci deberi videntur. Sed exstant contrariae quoque de hac re opiniones, quas antequam tangamus, illos afferamus Diodori locos, ut, quantopere cum Scymno et Nicolao congruant, cognoscatur.

Diod. V 78: θεῖναι δὲ (sc. τὸν Μίνωα) καὶ νόμους τοῖς Κρησίν (cf. Nicolaum) οὐκ ὀλίγους, προσποιούμενον παρὰ τοῦ Διὸς τοῦ πατρὸς λαμβάνειν συνερχόμενον εἰς λόγους αὐτῷ (cf. Nicolai de Cretensibus secundam sententiam et Strabonem p. 476, quos locos ex Ephoro fluxisse infra demonstrabitur), κτήσασθαι δὲ καὶ δύναμιν ναυτικὴν μεγάλην καὶ τῶν νήσων τὰς πλείστας καταστρέψασθαι (cf. Scymnum) καὶ πρῶτον τῶν Ἑλλήνων θαλαττοκρατῆσαι (cf. Nicolaum). Neque multo post (V 84, 1): τῶν γὰρ Κυκλάδων νήσων τὸ παλαιὸν ἐρήμων οὐσῶν Μίνως . . . . βασιλεύων τῆς Κρήτης καὶ μεγάλας δυνάμεις ἔχων πεζὰς καὶ ναυτικάς, ἐθαλαττοκράτει (cf. Nicolaum) καὶ πολλὰς ἀποικίας ἐξαπέστειλεν ἐκ τῆς Κρήτης, τῶν δὲ Κυκλάδων τὰς πλείστας κατῴκισε κτλ. (cf. Scymnum). — Apud Diodorum igitur tota Ephori de Minois maris dominatione narratio exstare mihi videtur[16]) neque assentior Hoeckio, qui putat (Kreta II 94) hanc de Cretensibus narrationem haustam esse ex scriptoribus Cretensibus, nam verisimilius est, haec ab Ephoro ex illis sumpta esse, cum eum omnia, quae ad Cretensium civitatem pertinebant, accuratissime pervestigasse et de hac re scripsisse librum apud Strabonem legamus (p. 480); hunc Ephori librum Diodorus videtur secutus esse. — Hac re concessa facile

---

[14]) Untersuchungen über die Quellen der griech. u. sizil. Gesch. bei Diod. B. XI—XVI, Kiel, 1868, p. 47 sqq, p. 51.

[15]) Schaefer, Abriß der Quellenkunde, der griech. Gesch. p. 89: „die griechische Geschichte bearbeitete Diodoros hauptsächlich nach Ephoros und seinen Fortsetzern."

[16]) cf. E. Meyer, Gesch. des Alterthums II 277: die maritime Bedeutung Kretas in älterer Zeit hat Ephoros bei Strabo (II 4, 17; 481) richtig erkannt: καὶ γὰρ ναυκρατεῖν πρότερον τοὺς Κρῆτας ὥστε καὶ παροιμιάζεσθαι πρὸς τοὺς προσποιουμένους, μὴ εἰδέναι, ἃ ἴσασιν. „ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν."

Digitized by Google

de Nicolai auctore iudicabimus. Consentit ita cum Scymno et Diodoro, ut eum eodem usum esse auctore, Ephoro, manifestum sit.

Transeamus ad secundam sententiam. Hoc loco de Minoe eadem atque apud Strabonem (p. 476) leguntur:

Nicolaus.	Strabo.
προσεποιεῖτο δὲ ὁ Μίνως παρὰ τοῦ Διὸς αὐτοῦ μεμαθηκέναι δι' ἐννέα ἐτῶν εἴς τι ὄρος φοιτῶν, ἐν ᾧ Διὸς ἄντρον ἐλέγετο κἀκεῖθεν ἀεί τινας νόμους φέρων τοῖς Κρησί. μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ὅμηρος, ἐν οἷς λέγει· τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις ἦθαί γε Μίνως ἐννέωρος βασίλευε, Διὸς μεγάλου ὀαριστής.	ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινος Ῥαδαμάνθυος . . . τοῦτον δὲ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ διατρίβων ἐνθάδε ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματά τινα, ἃ ἔφασκεν εἶναι προστάγματα τοῦ Διός, ἀφ' ἧς καὶ τὸν ποιητὴν οὕτως εἰρηκέναι· ἐνθάδε Μίνως ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Nicolaus igitur plane cum hac Strabonis sive Ephori narratione consentit, quam ob rem, cum alibi haec de Minoe relata non exstent, mihi dubium non esse videtur, quin illam sententiam ex Ephoro deprompserit. Neque aliter iudicandum est de eis, quae apud eum sequntur. Eosdem enim mores institutaque Cretensium profert Strabo (p. 480) eaque ex Ephori libris fluxisse ipse dicit.

Nicolaus.	Strabo.
Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι καὶ θήρας καὶ δρόμους τε ἀνάντεις ἀνυπόδητοι κατανύοντες καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐκπονοῦντες, ἥντινα πρῶτος εὗρε Πύρριχος Κυδωνιάτης, Κρὴς τὸ γένος. συσσιτοῦσι δ' ἐν κοινῷ οἱ ἄνδρες τὴν αὐτὴν δίαιταν ἔχοντες ἐξ ἴσου πάντες.	(Τῆς δὲ πολιτείας, ἧς Ἔφορος ἀνέγραψε τὰ κυριώτατα ἐπιδραμεῖν ἀποχρώντως ἂν ἔχοι) . . . τοὺς μὲν παῖδας εἰς τὰς ὀνομαζομένας ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν, τοὺς δὲ τελείους † . . . . ἐν τοῖς συσσιτίοις, ἃ καλοῦσιν ἀνδρεῖα (συσσίτια), ὅπως τῶν ἴσων μετάσχοιεν δημοσίᾳ τρεφόμενοι, πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν, ἀλλ' ἀνδρίαν κρατεῖν, ἐκ παίδων ὅπλοις καὶ πόνοις συντρέφειν, ὥστε καταφρονεῖν καύματος καὶ ψύχους καὶ τραχείας ὁδοῦ καὶ ἀνάντους, καὶ πληγῶν τῶν ἐν γυμνασίοις καὶ μάχαις ταῖς κατὰ σύν-

Digitized by Google

Nicolaus.	Strabo.
Δῶρα δ' αὐτοῖς ἐστιν ὅπλα τιμιώτατα.	ταγμα· ἀσκεῖν δὲ καὶ τοξικῇ καὶ ἐνοπλίῳ ὀρχήσει, ἣν καταδεῖξαι Κουρῆτα πρῶτον, ὕστερον δὲ καὶ † (Πύρριχον τὸν supplet merito Casaubonus, cf. Strabo X 407) καὶ συντάξαντα τὴν κληθεῖσαν ἀπ' αὐτοῦ πυρρίχην, ὥστε μηδὲ τὴν παιδιὰν ἄμοιρον εἶναι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων . . . . . καὶ τῶν δώρων τιμιώτατα αὐτοῖς εἶναι τὰ ὅπλα.

Sed de his Cretensium moribus loquitur etiam Heraclides (περὶ πολιτειῶν). Dicit enim (Mueller, FHG II 211, 3, 3; Rose, frgm. Aristot. p. 374, 15): οἱ παῖδες οἱ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται ἐν ἑνὶ ἱματίῳ θέρους καὶ χειμῶνος. Ἀθροίζονται δὲ ἀγέλαι τούτων καὶ ἐφ' ἑκάστης ἄρχων γίνεται, ὃν καλοῦσιν ἀγελάτην καὶ ἀθροίζει αὐτοὺς, ὅπου θέλει, καὶ ἐπὶ θήραν ἐξάγει. Congruunt igitur fere haec Heraclidis verba cum Strabonis narratione quam ob rem illum huius auctorem, Ephorum, secutum esse iudico. Schneidewinus autem fragmenta Heraclidis reliquias Aristotelis politiarum esse putavit (Heraclidis politiarum, quae exstant, Gott. 1847, p. III sqq). Quam in sententiam vehementissime Muellerus invectus (F.H.G. II p. 204 sqq.) primum Heraclidem illum Ponticum fuisse, non, ut Schneidewinus, ignotum quendam eiusdem nominis virum putavit, tum illo de Cretensibus loco aliisque commotus Heraclidem non excerpsisse Aristotelem, sed saepe eodem auctore atque illum usum esse existimavit. Haec Muelleri sententia nunc plane est abiecta, nam Heraclidem illum esse insulsissimum Aristotelis excerptorem nuper comprobatum est Atheniensium republica [17]). Sed novissime imprimis Holzingerus auctorem Heraclidis ex Ephoro hausisse negavit (Philol. 1892, p. 94 sqq., vol. 52), quod iam ante eum fecerunt Schneidewinus (l. l. p. XLI), Duemmlerus (Mus. Rhen. vol. 42, p. 187 adnot.), post eum Wilamowitzius (Aristot. u. Athen, I p. 306 sq.), quod cum mihi rectum non esse videatur, nonnulla in contrariam partem dicam. Sed antea, ne quis credat reliqua Heraclidis fragmenta ex Aristotele, hanc de Cretensibus narrationem ex Ephoro fluxisse,

[17]) cf. Aristot. de Athen. republ. 1. — Heracl. apud Roseum, frgm. Aristot. p. 371, 2; Arist. 6, 1 et 11, 1. — Rose, l. l. p. 371, 3: multa alia exempla idem docent.

Digitized by Google

liceat mihi demonstrare Heraclidem haec quoque ex Aristotele mutuatum esse. Atque primum quidem eum plura referre, quam Ephorum facile apparet. Apud hunc enim frustra quaeras, quae respondeant Heraclidis verbis de vetustate Cretensium rei publicae his (Rose, l. l. p. 373, 14): ὅτι δὲ ἀρχαιοτάτη τῶν πολιτειῶν ἡ Κρητική, ἐμφαίνει καὶ Ὅμηρος λέγων τὰς πόλεις αὐτῶν εὖ ναιεταώσας, καὶ Ἀρχίλοχος ἐν οἷς ἐπισκώπτων τινά φησιν· νόμος δὲ Κρητικὸς διδάσκεται. Deinde in longa illa accurataque Ephori narratione, quae exstat apud Strabonem (p. 480 sqq.), desunt, quae in contractis mutilisque Heraclidis fragmentis leguntur de peregrinorum hospitio (Rose, l. l. p. 374, 15 fin.): ἄρχονται δὲ τῶν παρατιθεμένων ἀπὸ τῶν ξένων . . . . . καθόλου δὲ πολλὴ φιλανθρωπία τοῖς ξένοις ἐστὶν ἐν Κρήτῃ, καὶ εἰς προεδρίαν καλοῦνται. Haec igitur Ephorus non rettulisse videtur, Heraclidem autem ipsum ea adiecisse non credam; ex Atheniensium enim re publica illa eum presse Aristotelis verba secutum esse elucet, itaque si Ephorum excerpsisset, minime de puerorum institutione alia tradidisset atque auctor. Ephorus enim narrabat (Strabo, p. 482, 20): παῖδας δὲ γράμματα μανθάνειν καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς καί τινα εἴδη τῆς μουσικῆς, Heraclides autem narrat, (Rose, l. l. p. 374, 15): γράμματα δὲ μόνον παιδεύονται καὶ ταῦτα μετρίως (de his locis infra accuratius loquar). — Tum Ephorum si excerpsisset, ne id quidem accidisset, ut narrationes utriusque verbis multum discreparent, quod factum est in describendis puerorum pugnis (idem Holzingerus commemoravit l. l. p. 113): Ephorus enim dicit (p. 483, 20): ἀγέλῃ πρὸς ἀγέλην συμβάλλει μετὰ αὐλοῦ καὶ λύρας εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ. ἐκφέρουσι δὲ καὶ πληγὰς τὰς μὲν διὰ χειρός, τὰς δὲ καὶ δι' ὅπλων σιδηρῶν; Heraclides idem narrat his verbis (Rose, l. l. p. 374, 15): ποιοῦνται δὲ καὶ μάχας κατὰ νόμων πύξ τε καὶ ξύλοις (hoc loco etiam re cum Ephoro discrepat) καὶ ὅταν συμβάλλωνται αὐλοῦσί τινες αὐτοῖς καὶ κιθαρίζουσιν. Si haec ex Ephoro sumpsisset, plane cum eo consentiret (cf. adn. 17); quod cum non fiat, ut in ceteris fragmentis, sic hoc quoque loco Aristotelem fontem Heraclidis fuisse puto. — Praeterea ex eis, quae uterque de Cretensium amore puerorum narrat, Heraclidem ex Aristotele hausisse elucet (l. l. p. 107 sq.). Uterque[18]) enim Cretenses habere con-

[18]) Arist. Polit. II 7 p. 1272, a. 21: πρὸς δὲ τὴν ὀλιγοστίαν ὡς ὀφέ-

Digitized by Google

suetudinem impudicam cum pueris confitentur, Ephorus hoc non aperte dicit, haec autem sunt eius verba (Strabo, p. 484, 21): αἰσχρὸν ἐραστῶν μὴ τυχεῖν, ἔχουσι δὲ τιμὰς οἱ παραστα θέντες κτλ. . . . . neque multo ante (Strabo, p. 483, 21): ἐράσμιον δὲ νομίζουσιν οὐ τὸν κάλλει διαφέροντα, ἀλλὰ τὸν ἀνδρείᾳ καὶ κοσμιότητι. Itaque Holzingerus Heraclidem ex Aristotelis potitiis sua hausisse merito conclusit.

Etiam narrandi ratio exstat in hoc de Cretensibus fragmento ea, quae et in reliquis Heraclidis apparet fragmentis, et ab Aristotele semper adhibebatur in politiis, quae est eius modi ut, explicata [18]) vetustate civitatum enarrataque historia (cf. Rose, l. l. p. 373, 14, 21 — p. 374, 14, 2) ad considerandum statum internum formamque civitatis progressus singulorum magistratuum, qui pace belloque vel regerent, vel administrarent rem publicam, originem, lectionem, numerum, munia, iura, auctoritatem accurate exponeret, leges urbium proprias et memorabilia instituta consignaret (cf. Rose l. l. p. 374, 15, 3—21). Hac ratione composita est Heraclidis de Cretensibus narratio, itaque eam ex Aristotele fluxisse pro certo habeo optimeque dicta mihi videntur Holzingeri verba haec (l. l. p. 115): „ist es nun Schneidewin mit den von ihm zusammengetragenen Beweisen nicht gelungen, seiner Ansicht eine mehr als vereinzelte Anerkennung zu verschaffen, so wird, hoffe ich, jetzt nach Fundierung der Quellenuntersuchung auf die athenische Politie wohl kein Zweifel mehr darüber obwalten können, daß sämmtliche 43 Politien des Herakleides wörtliche Excerpte aus den Politien des Aristoteles und seiner νόμιμα βαρβαρικά sind, mit Ausschluß irgend welcher anderen Quelle". Nunc ad eos redeo, qui Aristotelem Ephoro auctore usum esse negaverunt (cf. p. 15), atque primum quidem contra Holzingerum disputabo. Etiamsi enim concedi possunt, quae ille initio affert (l. l. p. 99 sqq., cf. Polyb. VI 4), ab Ephoro instituta Lacedaemoniorum et Cretensium separatis voluminibus tractata esse, quo factum sit, ut apud Strabonem, excerptorem Ephori, raro no-

λιμον πολλὰ πεφιλοσόφηκεν ὁ νομοθέτης, καὶ πρὸς τὴν διαζευξιν τῶν γυναικῶν, ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας ποιήσας ὁμιλίαν. — Rose l. l. p. 374, 15: ταῖς δὲ πρὸς τοὺς ἄρρενας ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις ἐοίκασι πρῶτον κεχρῆσθαι, καὶ οὐκ αἰσχρὸν παρ' αὐτοῖς τοῦτο.

[18]) Affero verba Schneidewini, l. l. p. IX.

Digitized by Google

men Cretensium commemoretur, quoniam Ephorus, quo libro de Cretensibus verba faciebat, perraro eorum nomine utebatur, cum, de qua gente dissereret, nemo ignoraret — etiamsi, inquam, haec concedi possunt, tamen mihi exploratum non est Heraclidem sive Aristotelem, cum persaepe Cretensium nomen afferat, non ex Ephoro hausisse (l. l. p. 103). Holzingerus enim ipse dicit (l. l. p. 104): „die ganze Darstellung also erhält selbst heute noch in dem dürftigen Excerpte des Herakleides ihren Zusammenhang dadurch, daß sie uns fortwährend den spartanischen Kosmos als Gegenbild ins Gedächtnis ruft". Concludit igitur Holzingerus, cum Ephorus hoc modo Cretensium instituta non tractaverit, Aristoteles autem civitates inter se comparare consuerit (l. l. p. 104), non ex Ephoro illa fragmenta sumpta esse, sed ab Aristotele libere composita. Haec autem mihi non placent. Quid enim impedivit Aristotelem, ne, etiamsi civitatum instituta inter se comparabat, ea, quae ei placebant, ex Ephoro hauriret? Non erat Aristoteles is, qui iudicio non adhibito ex aliquo auctore omnia, quae probaret, in suos libros transferret, sed quibus in rebus aliquem sequebatur auctorem, secutus est sic, ut eis, quae ille referret, suo modo, suo iudicio uteretur. Ephorus igitur duobus voluminibus, instituta Lacedaemoniorum et Cretensium tractavit, Aristoteles eum secutus est, sed cum non satis haberet enumerasse utriusque populi mores et tractasse, comparavit inter se illas civitates, atque quibus in rebus consentirent, quibus dissentirent, commemoravit, ut, quamquam apud Ephorum perraro Lacedaemoniorum et Cretensium nomina legebantur, apud eum tamen hac eius narrandi ratione persaepe eorum mentio fieret. Qua de causa mirum non est apud Heraclidem, qui gravissima tantum excerpsit, nomina illarum gentium saepe commemorari neque hac re deterremur, ne Aristotelem Ephoro usum esse auctore putemus [20]). Neque Holzingero in eis, quae de Cretensium puerorum institutione (ἀγωγή) sentit (l. l. p. 111), assentior. Heraclidis enim de hac re narrationem simillimam esse Strabonis (p. 480, 16), qui eam ex Ephoro

---

[20]) cf. Rose, de Aristotelis librorum ordine et auctoritate, p. 57 „ipse vero qui creditur Aristoteles, ex Ephoro iam videtur hausisse". — Aristotelem in describendis Cretensium et Lacedaemoniorum rebus publicis saepe ex Ephoro hausisse, putat etiam Trieberus, Forschungen zur spartan. Verfassungsgeschichte, Berol. 1871, p. 99 sqq.; p. 102 adn. 2.

Digitized by Google

se hausisse ipse dicit, confessus id factum esse putat casu, cum uterque de eadem re dissereret; wir alle würden, inquit (l. l. p. 113), wenn wir unabhängig von einander in griechischer Sprache erzählen wollten, daß die kretischen Knaben unter Flöten- und Kitharaspiel Kämpfe aufführen, uns in ähnlicher Weise im Ausdrucke begegnen. Sed his verbis Holzingerus rem diminuit, neque enim de eiusmodi pugnis solis agitur, sed de omnibus institutis, quae ad puerorum institutionem spectant. Quodsi in tota hac re describenda fere idem ordo, saepius eadem verba inveniuntur, quis posteriorem scriptorem priorem secutum esse negaverit? — Nam ne id quidem mihi verisimile videtur esse, quod Holzingerus ponit, ne similitudinem utriusque narrationis neglexisse videatur, Ephorum et Aristotelem ex eisdem fontibus hausisse, quod si fecissent, non hoc modo inter se consentirent [21]). Recte enim dicit Onckenius (Staatslehre des Arist. II 399): „Ephorus spricht durchweg im Tone des Romantikers, Aristoteles in dem des Kritikers". Itaque si eosdem fontes adiissent, aliter hanc rem tractasset Aristoteles, aliter Ephorus: nam cum alter ab altero plane abhorreret studiis, ingenio, narrandi genere, miro profecto casu atque vix credibili esset factum — praesertim cum ex compluribus libris haurirent (cf. Holzing. l. l. p. 115, Wilam. l. l. p. 306, Schneidew. l. l. p. XLI) —, si uterque de eadem re eodem modo, eodem ordine, eisdem fere verbis locutus esset. Sin vero Aristotelem Ephorum secutum esse opinamur, res multo facilior atque expeditior est. Ille enim, nisi totum narrationis ingressum perturbare aut delere voluit, Ephori vestigia presse sequi debebat, sed cum non sine iudicio, ut iam supra commemoravimus, auctorem suum sequeretur, eum nonnulla adiecisse, nonnulla correxisse verisimile est. Quae ut clarius intellegantur atque perspiciantur, perlustremus Heraclidis et Ephori de puerorum Cretensium institutione narrationes. —

---

[21]) Quae sequuntur in Schneidewinum et Wilamowitzium quoque dicta sunt, uterque enim idem sentit atque Holzingerus; dicit autem Schneidewinus (l. l. p. XLI): „An vero Aristotelem Ephori scrinia compilavisse in animum inducemus h. e. illius, qui ex equo illo Troiano prodisset? Nae Aristoteli insignem videremur iniuriam facturi, si ab Isocratio discipulo sua mutuatum suspicaremur. Immo consensus ille facilem habet explicationem. Eosdem uterque fontes adierat: in illo quidem loco, qui est de moribus Cretensium eos sequuntur, qui τὰ Κρητικὰ conscripserant, qui multi fuerunt". — Verba Wilamowitzii haec sunt (Aristot. u. Athen, I p. 306): „dasselbe Material, das der Peripatos bearbeitete, stand auch ihm (sc. Ephoro) zur Verfügung".

Digitized by Google

Afferam Heraclidis primam sententiam (Rose l. l. p. 374, 15) et Strabonis verba huic respondentia (p. 483, 20):

Heraclides.	Strabo.
οἱ παῖδες οἱ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται ἐν ἑνὶ ἱματίῳ θέρους καὶ χειμῶνος.	τοὺς μὲν οὖν ἔτι νεωτέρους εἰς τὰ συσσίτια ἄγουσι τὰ ἀνδρεῖα· χαμαὶ δὲ καθήμενοι διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις καὶ χειμῶνος καὶ θέρους τὰ αὐτά.

Strabo igitur uberiora tradit Heraclide; hic enim, quae apud auctorem exstabant, excerptorum more compressit, sed nihilo minus utriusque narrationes bis fere inter se congruentes ad eundem fontem revocandas esse manifestum est. Neque, si Ephorus et Aristoteles haec ex eisdem libris contulissent, tanta narrationum fuisset similitudo apud utrumque, ut etiam ex fragmentis (Heraclidis) et locis electis (Strabo) id appareret. Illud vero, quod Holzingerus ad confirmandam suam sententiam profert (l. l. p. 112) legi apud Strabonem διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων et χειμῶνος καὶ θέρους, apud Heraclidem μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται et θέρους καὶ χειμῶνος, apud Strabonem ἐν φαύλοις τριβωνίοις, apud Heraclidem ἐν ἑνὶ ἱματίῳ, nihil facit ad rem ipsam, propterea quod aut Aristoteles, aut Strabo liberius, quam accuratius auctore suo usus esse videtur, minimeque est consuetudinis Aristoteleae, ut verba aliena mancipii ritu transcriberet.

Nonnulla de pueris sequuntur apud Strabonem, tum de adulescentulis, qui in greges ducebantur, verba facit, dicit enim: οἱ δὲ μείζονες εἰς τὰς ἀγέλας ἄγονται, quibus verbis respondent Heraclidea: ἀθροίζονται δὲ ἀγέλαι τούτων Recte dicit hoc loco Holzingerus (l. l. p. 109), nonnulla esse ante haec verba apud Heraclidem amissa. Illud enim τούτων non spectat ad pueros, de quibus praecedenti sententia locutus est, sed ad iuvenes; nam hi, non pueri, in greges distribuebantur. In eis igitur, quae desunt, primum ea, quae Strabo de pueris profert, narrata, tum pauca de adulescentibus adiecta esse suspicor neque casu factum esse, ut illi loci inter se consentirent, credo. Sed pergamus ad cetera. Sequuntur apud utrumque haec verba:

Heraclides.	Strabo.
καὶ ἀφ' ἑκάστης ἄρχων γίνεται· ὃν καλοῦσιν ἀγελάτην καὶ	τὰς δ' ἀγέλας συνάγουσιν οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν παίδων καὶ δυνα-

Digitized by Google

ἀθροίζει αὐτούς, ὅπου θέλει καὶ ἐπὶ θήραν ἐξάγει.

τώτατοι ἕκαστος ὅσους πλείστους οἷός τέ ἐστιν ἀθροίζων, ἑκάστης δὲ τῆς ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν ὡς τὸ πολὺ ὁ πατὴρ τοῦ συναγαγόντος κύριος ὢν ἐξάγειν ἐπὶ θήραν καὶ δρόμους.

Hoc quoque loco habemus apud Heraclidem eadem atque apud Strabonem, sed compressa et contracta: ter eadem verba apud utrumque invenimus: ἀφ' ἑκάστης ἄρχων — ἀθροίζειν — ἐξάγειν ἐπὶ θήραν, haec ex eodem fonte fluxisse plane manifestum est; at, inquies, quod traditur apud Heraclidem nomen ducis (ἀγελάτην), hoc apud Strabonem non exstat; quam ob rem alio ex fonte hausisse ille videtur. Sed id mihi nihil valere videtur. Nam aut Aristoteles ipse hoc adiecit, aut apud Strabonem omissum est, quod eo verisimilius est, quod nomen affertur paulo ante eius, qui pueris praeerat (p. 483, 20: καθ' ἕκαστον δὲ ἀνδρεῖον ἐφέστηκε παιδονόμος).

Sequuntur nonnulla verba, quibus non plane eadem uterque significat. Dicit enim Strabo: τρέφονται δὲ δημοσίᾳ, Heraclides autem: καὶ τὰ πολλὰ κοιμῶνται μετ' ἀλλήλων. Illud κοιμῶνται κτλ., quod apud Strabonem desideramus, non magnopere opus esse videtur mihi, nam ex eis, quae ante dicta sunt de gregibus iuvenum, nemo eos nocte in patrum domibus esse concludit. Itaque haud scio, an illud κοιμῶνται κτλ. contineatur in illo τρέφονται δημοσίᾳ. Fortasse Aristoteles illud Ephori τρέφονται κτλ. pluribus verbis explicaverat omniaque, quae hac significabantur sententia, protulerat, qua ex explicatione illa tantum Heraclidis verba conservata sunt. —

In eis, quae sequuntur, consentiunt:

Heraclides.	Strabo.
ποιοῦνται δὲ καὶ μάχας κατὰ νόμον πύξ τε καὶ ξύλοις καὶ ὅταν συμβάλλωνται αὐλοῦσί τινες αὐτοῖς καὶ κιθαρίζουσι.	τακταῖς δέ τισιν ἡμέραις ἀγέλη πρὸς ἀγέλην συμβάλλει μετὰ αὐλοῦ καὶ λύρας εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ . . . . ἐκφέρουσι δὲ καὶ πληγὰς τὰς μὲν διὰ χειρός, τὰς δὲ καὶ δι' ὅπλων σιδηρῶν.

Eodem igitur fere ordine eadem uterque narrat; similitudines sunt

Digitized by Google

hoc loco permagnae, legimus primum apud utrumque verbum συμβάλλειν, tum Heraclidis verbis his: αὐλοῦσί τινες . . . . καὶ κιθαρίζουσι plane respondent Strabonis μετὰ αὐλοῦ καὶ λύρας. Quod Heraclides armis ligneis (ξύλοις), Strabo armis ferreis (ὅπλοις σιδηροῖς) iuvenes armatos esse dicit, non tanti id mihi momenti videtur esse, ut Heraclidem sive Aristotelem cetera non hausisse ex Ephoro putemus, sed Aristoteles de iuvenum armatu certiora investigaverat, quibus magis confidebat, quam Ephori narrationi, aut, ut aliis verbis utar, praeter primarium fontem alium quoque auctorem respexerat, quod eum saepius etiam in componenda Atheniensium re publica fecisse ostendit Hellerus (quibus auctoribus Aristoteles in re publica Atheniensium conscribenda et qua ratione usus sit, diss. inaug., Berol. 1893): velut de Pisistrati filiis praeter Herodotum Thucydidem respexit, sed in eis, quae primo loco protulit (p. 18, 10—19 ed. Kaibel-Wilam., Heller., p. 16 sq.), ut illorum narrationes compleret et corrigeret, alium fontem secutus est, tum de expulsis tyrannis in summa re prope ad Herodotum se applicavit, sed nonnulla ex Atthidum scriptoribus addidit (cf. Heller, l. l. p. 22 sqq.), tum in describendo tempore post expeditionem in Siciliam factam respexit Thucydidem, sed ea, quae de ipso rerum statu verso protulit, ex Atthidum scriptoribus, qui accuratissime populi scita libris suis inseruerant, sumere maluit (cf. Heller, p. 40 sqq). — Idem igitur fecit Aristoteles loco eo, quem tractamus: in summa re secutus est Ephorum, sed quo loco ille non vera tradere videbatur, alium adiit fontem accuratiorem.

Quae apud Heraclidem sequuntur verba: καὶ πρὸς ἀνδρείαν καὶ καρτερίαν ἐθίζονται apud Strabonem loco eo, quem adhuc tractavimus, non exstant, sed similia non multo ante (p. 480, 16) leguntur, quo loco Cretensium instituta leviter tangit: πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν, ἀλλ' ἀνδρείαν κρατεῖν ἐκ παίδων, ὅπλοις καὶ πόνοις συντρέφειν (sc. εἴρηκεν ὁ Ἔφορος). Noluit fortasse Strabo posteriore loco eadem proferre, sed quocumque modo res se habet, haec ex Ephoro hausta cum Heraclide consentire manifestum est.

Sequuntur apud Heraclidem haec verba: γράμματα μόνον παιδεύονται καὶ ταῦτα μετρίως, apud Strabonem non desunt verba, quae respondent, sed praeposita sunt toti de puerorum institutione narrationi, praeterea plura neque plane eadem refert geographus atque Heraclides, dicit enim: παῖδας δὲ γράμματά τε μανθάνειν καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς καί τινα εἶδη τῆς μουσικῆς. Hoc

Digitized by Google

narrationum gravissimarum ditissimo quidquam hausisse maxime mihi videatur veri dissimile. — Neque magis valent haec Wilamowitzii verba (I p. 306): hier die Politien, eine Summe von Einzelheiten, dort die Universalgeschichte, was ist das frühere, nicht der Zeit nach, sondern das πρότερον φύσει? Certe politiae, at Ephorus quoque, priusquam opus eius esset perfectum, singulas inchoavit politias, quas postea coniunctis partibus in unum quasi corpus contexuit.

Itaque via ingredienda erat utrique eadem: at substitit ille medium spatium permensus nec voluit ultra progredi: hic consummata arte ad finem, quo tendebat, pervenit. Itaque Aristoteles ex copia illa, quam Ephorus iam ante eum contulerat, quae placebant, haurire, quae minus placebant, corrigere aut alium fontem sequi potuit. — Illud vero, quod profert Wilamowitzius (l. l. p. 306): „dasselbe Material, das der Peripatos verarbeitete, stand auch ihm zur Verfügung", iam supra refutavi (cf. p. 19 adn.). Persuadere enim mihi non possum casu factum esse, ut Ephorus et Aristoteles eisdem auctoribus usi, quamquam alter ab altero maxime discreparet studiis, narrandi genere, ingenio, tamen eodem ordine, eisdem fere verbis de eadem re loquerentur. —

Restat, ut disputem contra Duemmlerum, qui Ephorum ex Aristotele hausisse arbitrabatur (mus. Rhen. vol. XLII p. 187 adnot.), quod falsum esse cognovit iam Kaerstius [24]) atque etiam Wilamowitzius id fieri potuisse aperte negat (l. l. p. 305), dicit enim „diese ganze Ansicht (sc. Ephorum ex Aristotele hausisse) ist nun nicht mehr zu halten, seitdem es feststeht, daß die Politie der Athener, von der nur Willkür ihre Schwestern trennen kann, ebenso wie die politischen Verträge und die Διχαιώματα der letzten Lebenszeit des Aristoteles angehören. Denn gesetzt auch, daß Ephoros noch in den zwanziger Jahren geschrieben hätte, so kann man seine ersten Bücher doch unmöglich so spät ansetzen und er konnte auch wahrlich nicht auf die Publication aus dem feindlichen Lager warten, um aus ihr Material für seine eigene Arbeit zu gewinnen. Uebrigens kenne ich in seinen Re-

[24]) Jahresber. üb die Fortschritte d. klass. Alterthumswiss vol. 58, p. 329: vor allem ist aber die Ansicht von der Abhängigkeit des Ephoros nicht haltbar . . . . gerade aus den Berichten über die kretische Verfassung geht hervor, daß Aristoteles den Ephoros benutzt hat etc.

Digitized by Google

sten nichts, was auf die Zeit Alexanders mit Sicherheit führe". — Hanc Wilamowitzii sententiam plane sequor, nam politiae illae, quamquam ab Aristotele longo temporis spatio colligebantur, non tamen aliae multo post alias editae sunt, sed omnes uno eodemque tempore [25]), quod num vivo Aristotele factum sit, dubitat Zellerus (Philosophie der Griechen II 2 p. 105 sq. adn. 3), neque multo ante eius mortem editae sunt, nam Atheniensium rem publicam inter annos a. Chr. n. 329 atque 325 scriptam esse constat; itaque cum Ephorum Ol. 93, 3 (a. Chr. n. 406) natum esse testimonio Suidae (sub verbo Θεόπομπος) doceamur, cum ex Aristotele hausisse maxime est veri dissimile.

Quae cum ita sint, dubium mihi non videtur, quin Aristoteles suo modo atque ratione Ephorum secutus sit, optimeque dicit Meyerus (mus. Rhen. XLI p. 562): „gelesen und berücksichtigt ist Ephorus schon von Aristoteles, wie längst bemerkt ist. Ich weiß nicht, warum man sich sträubt, diese Thatsache anzuerkennen. Es wäre doch im Gegentheil ganz unbegreiflich, wenn Aristoteles das große Werk seines älteren Zeitgenossen, in dem die gesammte geschichtliche Ueberlieferung systematisch verarbeitet war, nicht berücksichtigt haben sollte, zumal das Werk zweifellos rasch in die Hände aller Gebildeten gekommen ist. Natürlich ist darum Ephorus noch nicht Quelle des Aristoteles in dem modernen Sinne des Wortes. Aristoteles kennt und verwerthet vielmehr so ziemlich die ganze bis auf seine Zeit erschienene Litteratur und weicht in wichtigen Punkten von Ephorus ab". — Quod Meyerus extremis verbis commemorat, ex hoc de Cretensibus fragmento minus apparet. Attamen concedo, ut iam supra dixi, Aristotelem libere nonnulla adiecisse, aut correxisse (cf. p. 18, p. 19). — Ea quoque, quae et Strabo et Heraclides de puerorum amore referunt, ex Ephoro hausta esse videntur recteque dixisse puto Onckenium (l. l. p. 406) Heraclidem sive Aristotelem ex Ephoro res mutuatum esse, sed minime inservire eius sententiae et opinioni. Cum vero haec res non ad Nicolaum pertineat, de ea non amplius disseremus. Restat, ut demonstremus, unde prima Heraclidis de Minoe sententia fluxerit. Sed cum in ceteris Ephoro auctore usus sit, eum in hac parte eundem secu-

[25]) Litterarum ordine eas dispositas fuisse suspicatur Zellerus, Philos. der Griechen, II 2, p. 105 sq. adn. 3.

Digitized by Google

tum esse facile suspicamur. Prima autem eius sententia haec (Rose, frgmta Arist. p. 373, 14): τὴν Κρητικὴν πολιτείαν λέγεται πρῶτος καταστῆσαι Μίνως, πρακτικός τε ἄρα καὶ νομοθέτης σπουδαῖος γενόμενος simillima est his Strabonis verbis (p. 476, 8): ἱστόρηται δ' ὁ Μίνως νομοθέτης γενέσθαι σπουδαῖος θαλαττοκρατῆσαί τε πρῶτος. Hanc sententiam non ex Ephoro, sed ex Apollodori commentario Homeri navium catalogi haustam esse, Apollodori autem auctorem esse Aristotelem putat Holzingerus (l. l. p. 90). At Aristoteles, ut hoc quoque loco Ephorum sequeretur, nonne fieri potuit? Holzingerus ipse dicit (l. l. p. 96): „für die Quellenfrage bei Herakleides ist dies (sc unde Strabo illam sententiam hauserit) darum von Wichtigkeit, weil die Ausdrücke, die Herakleides in seinem ersten Satze über Kreta anwendet, sowie auch dessen Inhalt deutlich auf jene Quelle hinweisen (ἱστόρηται κτλ.), welcher der Bericht des Ephoros (ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος, Strabo X 476, 8) gegenübergestellt wird. — Ad hanc rem diiudicandam forsitan ea valent, quae Nicolaus, quem omnia Cretensium instituta ex Ephoro hausisse supra demonstravimus (cf. p. 12 sqq.), de eadem re tradit (c. XIV West. — Stob. M. XLIV 41); conferamus igitur trium illorum scriptorum verba:

Heraclides.	Strabo.	Nicolaus.
Τὴν Κρητικὴν πολιτείαν λέγεται πρῶτος καταστῆσαι Μίνως, πρακτικός τε ἄρα καὶ νομοθέτης σπουδαῖος γενόμενος.	ἱστόρηται δ' ὁ Μίνως νομοθέτης γενέσθαι σπουδαῖος θαλαττοκρατῆσαί τε πρῶτος.	Κρῆτες πρῶτοι Ἑλλήνων νόμους ἔσχον τοῦ Μίνωος θεμένου, ὃς καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησεν.

Heraclidem et Strabonem hoc loco ex eodem fonte hausisse constat, Strabonem autem et Nicolaum valde inter se consentire perspicuum est; uterque Minoem leges tulisse Cretensibus commemorat (νομοθέτης γενέσθαι Str. — νόμους ἔσχον τοῦ Μίνωος θεμένου Nicol.), uterque eum primum mari dominatum esse eisdem verbis affirmat (θαλαττοκρατῆσαί τε πρῶτος Str. — καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησεν Nicol.). Ex his igitur Strabonem Nicolai fonte usum esse facile cognoscitur, eum ex Ephoro sumpsisse haec vel eo credibile videtur esse, quod nonnullis versibus post hanc sententiam longa apud eum narratio ex Ephoro hausta profertur.

Digitized by Google

Sed cur Strabo hanc sententiam ante illam narrationem posuerit, in medio relinquam. — Praeterea narrationem Strabonis priorem (ἱστόρηται δὲ κτλ.) oppositam esse posteriori (ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος), quod putat Holzingerus (l. l. p. 96), non intellego; hoc enim δὲ non maiorem habet vim, quam illud, contra ego existimo illo ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος toti sententiae praeposito significare Strabonem, quem fontem et tota hac re et illo ἱστόρηται δὲ ante oculos habuerit, atque quasi rem institutam videri nomine auctoris allato porro tractari. Sequitur igitur ex his Heraclidem sive Aristotelem illam primam sententiam ex Ephoro hausisse [26]), quo ex fonte reliqua quoque de Cretensibus fragmenta fluxisse supra demonstravimus [27]).

Sed negari non potest ab Aristotele alia quoque congruenter cum Nicolao tradi de Cretensibus: nam primum eadem refert de Minoe his verbis (Arist. Pol. II 17, ap. Mueller. F. H. G. II 131): . . . . . ὡς κατασκευάσαντος Μίνω πρώτου τὴν τάξιν τῶν νόμων . . . καὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν κατέσχεν ὁ Μίνως, καὶ τὰς νήσους τὰς μὲν ἐχειρώσατο, τὰς δ' ᾤκισε . . . . ., deinde eadem Cretensium instituta commemorat: καὶ συσσίτια παρ' ἀμφοτέροις (sc. τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς Κρησί) καὶ τό γε ἀρχαῖον ἐκάλουν οὐ φιδίτια, ἀλλὰ ἄνδρια καθάπερ οἱ Κρῆτες . . . . Sed mihi similitudines non eius modi videntur esse, ut Nicolaum Aristotele usum esse auctore credamus, sed hoc quoque loco Aristoteles Ephorum, si non secutus esse, at certe ante oculos habuisse videtur. De communibus Cretensium conviviis verba facit Aristoteles, verum Nicolai verba . . . . συσσιτοῦσι δ' ἐν κοινῷ οἱ ἄνδρες magis coniuncta videntur esse cum Strabonis verbis his (p. 480): τοὺς δὲ τελείους † ἐν τοῖς συσσιτίοις (sc. φοιτᾶν κελεύουσιν), quae verba ex Ephoro fluxisse Strabo ipse dicit, quam cum Aristotelis longa lataque explicatione hac (Muell. F. H. G. II 131, 4): ἀπὸ πάντων τῶν γενομένων καρπῶν τε καὶ βοσκημάτων . . . . τέτακται μέρος μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τὰς κοινὰς λειτουργίας, τὸ

---

[26]) Idem sentire videtur: Matthiessen, Jahrbb. f. Philol., Supplemb. III 1857–1860, p. 889 dicit enim: „Von der altberühmten Thalassokratie der Kreter ausgehend hatte Ephoros den Minos die Geschichte von Kreta und von Hellas überhaupt eröffnen lassen".

[27]) Idem de Heraclidis sive Aristotelis fonte sentiunt: Busolt, griech. Alterth. p. 121, adnot. 1; Susemihl, adn. 360 b ad Aristotelis politica.

Digitized by Google

Afferam Heraclidis primam sententiam (Rose l. l. p. 374, 15) et Strabonis verba huic respondentia (p. 483, 20):

Heraclides.	Strabo.
οἱ παῖδες οἱ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται ἐν ἑνὶ ἱματίῳ θέρους καὶ χειμῶνος.	τοὺς μὲν οὖν ἔτι νεωτέρους εἰς τὰ συσσίτια ἄγουσι τὰ ἀνδρεῖα· χαμαὶ δὲ καθήμενοι διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις καὶ χειμῶνος καὶ θέρους τὰ αὐτά.

Strabo igitur uberiora tradit Heraclide; hic enim, quae apud auctorem exstabant, excerptorum more compressit, sed nihilo minus utriusque narrationes bis fere inter se congruentes ad eundem fontem revocandas esse manifestum est. Neque, si Ephorus et Aristoteles haec ex eisdem libris contulissent, tanta narrationum fuisset similitudo apud utrumque, ut etiam ex fragmentis (Heraclidis) et locis electis (Strabo) id appareret. Illud vero, quod Holzingerus ad confirmandam suam sententiam profert (l. l. p. 112) legi apud Strabonem διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων et χειμῶνος καὶ θέρους, apud Heraclidem μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται et θέρους καὶ χειμῶνος, apud Strabonem ἐν φαύλοις τριβωνίοις, apud Heraclidem ἐν ἑνὶ ἱματίῳ, nihil facit ad rem ipsam, propterea quod aut Aristoteles, aut Strabo liberius, quam accuratius auctore suo usus esse videtur, minimeque est consuetudinis Aristoteleae, ut verba aliena mancipii ritu transcriberet.

Nonnulla de pueris sequuntur apud Strabonem, tum de adulescentulis, qui in greges ducebantur, verba facit, dicit enim: οἱ δὲ μείζονες εἰς τὰς ἀγέλας ἄγονται, quibus verbis respondent Heraclidea: ἀθροίζονται δὲ ἀγέλαι τούτων Recte dicit hoc loco Holzingerus (l. l. p. 109), nonnulla esse ante haec verba apud Heraclidem amissa. Illud enim τούτων non spectat ad pueros, de quibus praecedenti sententia locutus est, sed ad iuvenes; nam hi, non pueri, in greges distribuebantur. In eis igitur, quae desunt, primum ea, quae Strabo de pueris profert, narrata, tum pauca de adulescentibus adiecta esse suspicor neque casu factum esse, ut illi loci inter se consentirent, credo. Sed pergamus ad cetera. Sequuntur apud utrumque haec verba:

Heraclides.	Strabo.
καὶ ἀφ' ἑκάστης ἄρχων γίνεται· ὃν καλοῦσιν ἀγελάτην καὶ	τὰς δ' ἀγέλας συνάγουσιν οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν παίδων καὶ δυνα-

Digitized by Google

ἀθροίζει αὐτούς, ὅπου θέλει καὶ ἐπὶ θήραν ἐξάγει.	τώτατοι ἕκαστος ὅσους πλείστους οἷός τέ ἐστιν ἀθροίζων, ἑκάστης δὲ τῆς ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν ὡς τὸ πολὺ ὁ πατὴρ τοῦ συναγαγόντος κύριος ὢν ἐξάγειν ἐπὶ θήραν καὶ δρόμους.

Hoc quoque loco habemus apud Heraclidem eadem atque apud Strabonem, sed compressa et contracta: ter eadem verba apud utrumque invenimus: ἀφ' ἑκάστης ἄρχων — ἀθροίζειν — ἐξάγειν ἐπὶ θήραν, haec ex eodem fonte fluxisse plane manifestum est; at, inquies, quod traditur apud Heraclidem nomen ducis (ἀγελάτην), hoc apud Strabonem non exstat; quam ob rem alio ex fonte hausisse ille videtur. Sed id mihi nihil valere videtur. Nam aut Aristoteles ipse hoc adiecit, aut apud Strabonem omissum est, quod eo verisimilius est, quod nomen affertur paulo ante eius, qui pueris praecerat (p. 483, 20: καθ' ἕκαστον δὲ ἀνδρεῖον ἐφέστηκε παιδονόμος).

Sequuntur nonnulla verba, quibus non plane eadem uterque significat. Dicit enim Strabo: τρέφονται δὲ δημοσίᾳ, Heraclides autem: καὶ τὰ πολλὰ κοιμῶνται μετ' ἀλλήλων. Illud κοιμῶνται κτλ., quod apud Strabonem desideramus, non magnopere opus esse videtur mihi, nam ex eis, quae ante dicta sunt de gregibus iuvenum, nemo eos nocte in patrum domibus esse concludit. Itaque haud scio, an illud κοιμῶνται κτλ. contineatur in illo τρέφονται δημοσίᾳ. Fortasse Aristoteles illud Ephori τρέφονται κτλ. pluribus verbis explicaverat omniaque, quae hac significabantur sententia, protulerat, qua ex explicatione illa tantum Heraclidis verba conservata sunt. —

In eis, quae sequuntur, consentiunt:

Heraclides.	Strabo.
ποιοῦνται δὲ καὶ μάχας κατὰ νόμον πύξ τε καὶ ξύλοις καὶ ὅταν συμβάλλωνται αὐλοῦσί τινες αὐτοῖς καὶ κιθαρίζουσι.	τακταῖς δέ τισιν ἡμέραις ἀγέλη πρὸς ἀγέλην συμβάλλει μετὰ αὐλοῦ καὶ λύρας εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ . . . . ἐκφέρουσι δὲ καὶ πληγὰς τὰς μὲν διὰ χειρός, τὰς δὲ καὶ δι' ὅπλων σιδηρῶν.

Eodem igitur fere ordine eadem uterque narrat; similitudines sunt

Digitized by Google

hoc loco permagnae, legimus primum apud utrumque verbum συμβάλλειν, tum Heraclidis verbis his: αὐλοῦσί τινες . . . . καὶ κιθαρίζουσι plane respondent Strabonis μετὰ αὐλοῦ καὶ λύρας. Quod Heraclides armis ligneis (ξύλοις), Strabo armis ferreis (ὅπλοις σιδηροῖς) iuvenes armatos esse dicit, non tanti id mihi momenti videtur esse, ut Heraclidem sive Aristotelem cetera non hausisse ex Ephoro putemus, sed Aristoteles de iuvenum armatu certiora investigaverat, quibus magis confidebat, quam Ephori narrationi, aut, ut aliis verbis utar, praeter primarium fontem alium quoque auctorem respexerat, quod eum saepius etiam in componenda Atheniensium re publica fecisse ostendit Hellerus (quibus auctoribus Aristoteles in re publica Atheniensium conscribenda et qua ratione usus sit, diss. inaug., Berol. 1893): velut de Pisistrati filiis praeter Herodotum Thucydidem respexit, sed in eis, quae primo loco protulit (p. 18, 10—19 ed. Kaibel-Wilam., Heller., p. 16 sq.), ut illorum narrationes compleret et corrigeret, alium fontem secutus est, tum de expulsis tyrannis in summa re prope ad Herodotum se applicavit, sed nonnulla ex Atthidum scriptoribus addidit (cf. Heller, l. l. p. 22 sqq.), tum in describendo tempore post expeditionem in Siciliam factam respexit Thucydidem, sed ea, quae de ipso rerum statu verso protulit, ex Atthidum scriptoribus, qui accuratissime populi scita libris suis inseruerant, sumere maluit (cf. Heller, p. 40 sqq). — Idem igitur fecit Aristoteles loco eo, quem tractamus: in summa re secutus est Ephorum, sed quo loco ille non vera tradere videbatur, alium adiit fontem accuratiorem.

Quae apud Heraclidem sequuntur verba: καὶ πρὸς ἀνδρείαν καὶ καρτερίαν ἐθίζονται apud Strabonem loco eo, quem adhuc tractavimus, non exstant, sed similia non multo ante (p. 480, 16) leguntur, quo loco Cretensium instituta leviter tangit: πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν, ἀλλ' ἀνδρείαν κρατεῖν ἐκ παίδων, ὅπλοις καὶ πόνοις συντρέφειν (sc. εἴρηκεν ὁ Ἔφορος). Noluit fortasse Strabo posteriore loco eadem proferre, sed quocumque modo res se habet, haec ex Ephoro hausta cum Heraclide consentire manifestum est.

Sequuntur apud Heraclidem haec verba: γράμματα μόνον παιδεύονται καὶ ταῦτα μετρίως, apud Strabonem non desunt verba, quae respondent, sed praeposita sunt toti de puerorum institutione narrationi, praeterea plura neque plane eadem refert geographus atque Heraclides, dicit enim: παῖδας δὲ γράμματά τε μανθάνειν καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς καί τινα εἴδη τῆς μουσικῆς. Hoc

Digitized by Google

loco non assentior Holzingero, qui putat (l. l. p. 105 sqq.) opponi illud „μόνον", quod legimus apud Heraclidem, ab Aristotele Atheniensium mori, apud quos pueri omnibus litteris instruebantur, illud autem γράμματα παιδεύονται opponi Lacedaemoniorum mori, apud quos ne ea quidem discebant pueri. Sed quid significat illud καὶ ταῦτα μετρίως? An haec contraria sunt: οἱ τῶν Λακεδαιμονίων παῖδες γράμματα οὐ παιδεύονται et οἱ τῶν Κρητῶν παῖδες γράμματα μόνον παιδεύονται καὶ ταῦτα μετρίως? Mihi haec fere eadem esse videntur, nam Lacedaemoniorum pueri omnino non discebant litteras, Cretensium tam modice, ut id commemorasse vix operae pretium sit; neque quo modo his Heraclidis verbis Atheniensium institutio tangatur intellego. Videtur manifestum esse Aristotelem hoc loco Ephorum correxisse, nam cum hic narraret: παῖδες γράμματα μανθάνειν καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς καί τινα εἶδη τῆς μουσικῆς, contra dixit Aristoteles: non ita est, non tot res Cretensium pueri discunt, sed γράμματα μόνον, καὶ ταῦτα μετρίως. (Idem sentit Onckenius, Staatsl. II p. 406 sq.). Itaque eum Ephori libros hoc loco ante oculos habuisse eisque usum esse eadem ratione atque Herodoti et Thucydidis libris credo: ea enim, quae vera esse atque recta putabat, in suos libros transferebat, eis autem locis, quibus accuratiora aut certiora investigaverat, quam auctores, corrigere eos non verebatur; quod quamquam Wilamowitzius quoque de Herodoto et Thucydide concedit atque exemplis comprobat (Aristot. u. Athen, de Herodoto cf. I p. 30 sqq., de Thucydide I p. 90 sqq.), de Ephoro tamen negat (l. l. p. 305 sq.), dicit enim: „credere se ne legisse quidem Aristotelem illud crassum Ephori volumen, sed, si maxime, singulis locis inspexisse". Sed Ephori opus illud grande, quo fabulis neglectis[22]) narratio primum ducebatur a certa re fideque digna, quo singula singulis libris[23]) genera materiae describebantur, quo omnium saeculorum, regum, nationum, populorum res gestae narrabantur, certe iam illis temporibus ita omnium eruditorum admirationem movisse, ita omnibus probatus esse videtur, ut Aristotelem eo non usum esse neque ex eius quasi thesauro

---

[22]) cf. Diod. IV 1: Ἔφορος τὰς παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη.

[23]) cf. Diod. IV 1: Ἔφορος δὲ τὰς κοινὰς πράξεις ἀναγράψων οὐ μόνον κατὰ τὴν λέξιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἐπιτέτευχε. τῶν γὰρ βίβλων ἑκάστην πεποίηκε περιέχειν κατὰ τὸ γένος τὰς πράξεις.

Digitized by Google

δὲ τοῖς συσσιτίοις, ὥστε ἐκ κοινοῦ τρέφεσθαι πάντας καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ ἄνδρας. — Aristoteles igitur non eadem ratione Cretensium instituta narrat atque Strabo et Nicolaus, itaque non eum, sed Strabonis auctorem, Ephorum, secutum esse Nicolaum merito putabimus; ea autem, in quibus consentit cum illis, fortasse, ut iam supra dixi, ad Ephorum revocanda videntur esse, quod Marxius quoque sentit, dicit enim (Ephori Cumaei frgmta, p. 173): „haec (sc. quae ex Ephoro Strabo de Cretensium institutis tradidit) brevius quidem Aristoteles (Pol. II 7), sed adeo ad Ephori mentem refert, ut respexisse eum videri possit". —

Sed de Cretensibus satis [28]), ad Lacedaemonios revertor. — De his multa mirabilia apud reliquos Graecos non usitata narrabant multi rerum scriptores, quorum ex multitudine, quo auctore usus sit Nicolaus (West. c. XIII, Stob. M. XLIV 41), pro certo explorari non potest. Nam cum ea, quae, ut nomina afferam, Xenophon, Ephorus, Theopompus, Aristoteles de eorum institutis moribusque scripserunt, magnam partem non exstent, quem secutus sit Nicolaus, diiudicare non possumus.

Atque quamquam uno loco cum fragmento ex Aristotelis Lacedaemoniorum re publica hausto (Muell. F. H. G. II p. 129, 82) congruit Nicolaus, tamen ille locus brevior leviorque est, quam ut ex eo quidquam certi de fonte cognosci possit:

Nicolaus.	Harpocration.
ξένοις δ' ἐμβιοῦν οὐκ ἔξεστιν ἐν Σπάρτῃ οὐδὲ Σπαρτιάταις ξενιτεύειν.	ὁ δὲ Ἀριστοτέλης οὐκ ἐξεῖναί φησιν ἀποδημεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ὅπως μὴ ἐθίζωνται ἄλλων νόμων εἶναι φίλοι.

Nescimus igitur, num Aristoteles mentionem fecerit eius rei, quam Nicolaus commemorat, peregrinis non fuisse fas Spartae degere; itaque vel unum hoc nos impedit, ne Aristotele Nicolaum hoc loco

---

[28]) De Cretensibus eadem atque apud Nicolaum narratio, brevior tantum et contractior exstat in codicis Vatic. fragmentis, cf. Rohde, l. l. p. 42 frgm. LXIII—LXIV: Κρῆτες πρῶτοι Ἑλλήνων νόμους ἔσχον Μίνωος θεμένου· προσεποιεῖτο δὲ Μίνως παρὰ τοῦ Διὸς αὐτοὺς μεμαθηκέναι, ἐννέα ἔτη εἴς τι ὄρος φοιτήσας, ὅ Διὸς ἄντρον ἐλέγετο. Οἱ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται μετ' ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι καὶ τὰ πολέμια διδασκόμενοι καὶ θήρας δρόμους τε ἀνάντεις ἀνυπόδητοι ἀνύοντες καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐκπονοῦντες, ἥντινα πρῶτος εὗρε Πύρριχος (cf. Nicolai verba, p. 14, p. 17, 18).

Digitized by Google

auctore usum esse putemus; sed etiamsi ab Aristotele illum morem commemoratum, ab Harpocratione non traditum esse suspicamur, tamen, quae apud eum exstant, non sufficiunt, ut Nicolaum secutum esse Aristotelem credamus. De fonte igitur Nicolai hoc loco certa dici non possunt, sed liceat mihi, quae suspicor de hac re, proferre. Trieberus (quaestiones Laconicae I, Berol. 1867) enim multis verbis Lacedaemoniorum instituta a Nicolao hausta esse ex Xenophontis re publica Laconica demonstrare studuit; quod mihi rectum non videtur esse. Nam Xenophontis et Nicolai verba, quamquam fere eadem significant [29]), non tamen inter se ita consentiunt, ut pro certo hunc ex illo hausisse dici possit: eadem enim, ut iam commemoravi, narrantur, sed alio ordine, saepe aliis verbis. Afferam exempla:

Nicolaus.	Xenophon R. L. 9, 4.
αἰσχρὸν δέ ἐστι δειλῶν σύσκηνον ἢ συγγυμναστὴν ἢ φίλον γενέσθαι.	ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι πᾶς μὲν ἄν τις αἰσχυνθείη τὸν κακὸν σύσκηνον παραλαβεῖν, πᾶς δ' ἂν ἐν παλαίσματι συγγυμναστήν.

In ceteris verbis consentiunt, sed a Nicolao, excerptore Xenophontis, ut putat Trieberus, verbis illis 'ἢ φίλον' plura narrantur, quam a Xenophonte. Trieberus (l. l. p. 22) supervacanea esse dicit verba illa, nam „si cuiquam neque σύσκηνος neque συγγυμ-

[29]) Haec autem est tota Nicolai de Lacedaemoniis narratio (West. c. XIII, Stob. M. XLIV 41): Λακεδαιμονίοις τέχνας μανθάνειν ἄλλας ἢ τὰς εἰς πόλεμον εὐθέτους αἰσχρόν ἐστιν. ἐστιῶνται δὲ πάντες ἐν κοινῷ. τοὺς δὲ γέροντας αἰσχύνονται οὐδὲν ἧττον ἢ τοὺς ἰδίους πατέρας. γυμνάσια δ' ὥσπερ ἀνδρῶν ἐστι, οὕτω καὶ παρθένων. ξένοις δ' ἐμβιοῦν οὐκ ἔξεστιν ἐν Σπάρτῃ οὔτε Σπαρτιάταις ξενιτεύειν ταῖς δ' αὐτῶν γυναιξὶ παρακελεύονται ἐκ τῶν εὐειδεστάτων κύεσθαι καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. χρηματίζεσθαι δ' αἰσχρὸν Σπαρτιάταις. νομίσματι δὲ χρῶνται σκυτίνῳ· ἐὰν δὲ παρά τῳ εὑρεθῇ χρυσὸς ἢ ἄργυρος, θανάτῳ ζημιοῦται. σεμνύνονται δὲ πάντες ἐπὶ τῷ ταπεινοὺς αὐτοὺς παρέχειν καὶ κατηκόους ταῖς ἀρχαῖς. μακαρίζονται δὲ μᾶλλον παρ' αὐτοῖς οἱ γενναίως ἀποθνήσκοντες ἢ οἱ εὐτυχῶς ζῶντες. οἱ δὲ παῖδες νομίμως περί τινα βωμὸν περιιόντες μαστιγοῦνται, ἕως ἂν ὀλίγοι λειφθέντες στεφανωθῶσιν. Αἰσχρὸν δέ ἐστι δειλῶν σύσκηνον ἢ συγγυμναστὴν ἢ φίλον γενέσθαι. Κρίσις δὲ τῆς γερουσίας ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου προτίθεται τοῖς τε εὖ ἢ κακῶς ζήσασιν. Ὅταν δὲ στρατεύωνται ἔξω χώρας, πῦρ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀγήτορος Διὸς ἐναυσάμενος πυρφόρος λεγόμενος σύνεστι τῷ βασιλεῖ ἄσβεστον αὐτὸ τηρῶν. Συνεκπέμπονται δὲ τῷ βασιλεῖ μάντεις καὶ ἰατροὶ καὶ αὐληταί, οἷς ἂν ταῖς μάχαις ἀντὶ σαλπίγγων ἀεὶ χρῶνται. Μάχονται δὲ ἐστεφανωμένοι. Ὑπανίστανται δὲ τῷ βασιλεῖ πάντες πλὴν τῶν ἐφόρων. Ὀμνύει τε πρὸ τῆς ἀρχῆς ὁ βασιλεὺς κατὰ τοὺς τῆς πολιτείας νόμους βασιλεύσειν.

Digitized by Google

ναστής esse liceat, eundem vel minime amicum esse posse non latere". Sed mihi omnia Nicolai verba, cum fragmenta tantum habeamus eius operis, maxime respicienda atque minime negligenda videntur, quoniam in eo, quem sequebatur libro omnia multo accuratius, multo diligentius erant tractata, ut de verbis eius utrum sint supervacanea necne, non facile possit diiudicari. Fortasse auctor Nicolai interdum Xenophontis libellum inspexit nonnullaque ex eo mutuatus est, ipse autem adiecit multa, quae ab auctore omissa videbantur, aut correxit ea, quae cum eis, quae ipse investigaverat, non consentiebant.

Deinde mihi minime ad Xenophontem videntur esse revocanda, quae de mulieribus Lacedaemoniorum profert Nicolaus; haec autem sunt utriusque verba:

Nicolaus.	Xenophon R. L. 1, 7.
ταῖς δ' αὐτῶν γυναιξὶ παρακελεύονται ἐκ τῶν εὐειδεστάτων κύεσθαι καὶ ἀστῶν καὶ ξένων.	εἴ γε μέντοι συμβαίη γεραιᾷ νέαν ἔχειν . . . . τῷ γὰρ πρεσβύτῃ ἐποίησεν, ὁποίου ἀνδρὸς σῶμά τε καὶ ψυχὴν ἀγασθείη τοῦτον ἐπαγομένῳ τεκνοποιήσασθαι· εἰ δέ τις αὖ γυναικὶ μὲν συνοικεῖν μὴ βούλοιτο, τέκνων δὲ ἀξιολόγων ἐπιθυμοίη, καὶ τούτῳ νόμον ἐποίησεν, ἥντινα εὔτεκνον καὶ γενναίαν ὁρῴη, πείσαντα τὸν ἔχοντα ἐκ ταύτης τεκνοποιεῖσθαι. καὶ πολλὰ μὲν τοιαῦτα συνεχώρει αἵ τε γὰρ γυναῖκες διττοὺς οἴκους βούλονται κατέχειν, οἵ τε ἄνδρες . . . . .

Nicolaus igitur non eadem narrat atque Xenophon; sed Trieberus, quamquam apud Suidam [30]) idem mos Lacedaemoniorum commemoratur, atque apud Aristotelem [31]) de eorum mulieribus similia leguntur, Nicolai verba offendere putat (l. l. p. 63) atque nonnulla ab eo addita esse neglecto fonte, veluti verba ἐκ τῶν εὐειδεστάτων, „ut omnia quam optime se habeant". Sed id neque excerptoris est, neque mihi Nicolaus, vir eruditissimus, sine causa

---

[30]) sub περαίνειν ἢ παρέχειν ἑαυτὰς τοῖς ξένοις· ἥκιστα γὰρ τὰς γυναῖκας φυλάσσουσιν οἱ Λάκωνες, idem tradunt Photius atque Hesychius sub eodem verbo.

[31]) Polit. B VI 5: ζῶσι γὰρ (sc. αἱ τῶν Λακεδαιμονίων γυναῖκες) ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν καὶ τρυφῶσιν.

Digitized by Google

pro eis, quae in multis atque optimis libris narrata erant, falsa atque ab ipso excogitata protulisse videtur, sed quae in fonte suo inveniebat, ea referebat. Itaque eum non ex Xenophonte hausisse credo, sed auctor eius, quem tenaciter sequebatur, non semper vera tradidisse videtur, minime verba Nicolai, cum sint, ut iam saepius dixi, miserrime mutilata, negligenda sunt, sed videndum est, ubi similia exstent, neque sicubi de eadem re alia inveniantur, quae non plane cum eo congruunt atque ad veritatem propius accedere videntur, eum ex hoc fonte sua hausisse, rem autem ab ipso esse depravatam et corruptam putemus, sed ut alium scriptorem investigemus, quem similia tradidisse aut sciamus aut suspicari possimus; eo auctore Nicolaum usum esse veri simile est.

Ne ea quidem, quae de Lacedaemoniorum syssitiis narrat, ad Xenophontem revocari possunt; nam cum de eadem re loquantur, eadem referre eos necesse est, sed si alter ex altero hausisset, certe, ut supra de Heraclide sive Aristotele demonstrabam, verbis inter se consentirent. Sed conferas utriusque de syssitiis verba haec:

Nicolaus.	Xenophon R. L. 5, 2.
ἐστιῶνται δὲ πάντες ἐν κοινῷ.	Λυκοῦργος . . . . εἰς τὸ φανερὸν ἐξήγαγε τὰ συσκήνια, οὕτως ἡγούμενος ἥκιστ' ἂν παραβαίνεσθαι τὰ προστατ-τόμενα . . . οὕτω γε μὴν συσκηνούντων πῶς ἄν τις ἢ ὑπὸ λιχνείας ἢ οἰνοφλογίας ἢ αὐτὸν ἢ οἶκον διαφθείρειε;

Haec Nicolai verba ex Xenophonte fluxisse minime intellego. In memoriam enim reducas tibi, quantopere loci ei, quibus Nicolai fontem adhuc demonstravimus, consentiant cum auctoris verbis (cf. p. 5—7, p. 12—15), quam multa ex fonte hauserit Nicolaus, quam diligenter; hoc loco nihil eius modi invenimus, Xenophontis narratio longa est, Nicolai brevissima, nulla inter utrumque in verbis consensio, res autem ipsa notissima ab omnibus, qui de Lacedaemoniorum institutis scripserunt, scriptoribus certe narrabatur.

His exemplis Trieberi sententiam rectam non esse satis demonstrari mihi videtur, sed id quoque dignum commemoratu est, quod de moneta coriacea, quam commemorat paradoxographus, putat (l. l. p. 41): illum enim ex memoria Spartiatarum pecuniam cum Carthaginiensium confudisse dicit. Sed minime credo Nicolaum, quem ex Xenophonte sua ad verbum excerpsisse Trieberus

Digitized by Google

arbitratur, ea, quae apud illum inveniebat, aut sponte, aut casu cum aliarum gentium institutis „ex memoria“ confudisse, hoc mihi excerptoris non videtur esse — contenti enim sunt hi eis, quae apud auctores suos inveniunt neque ex memoria res adicere solent — sed, si Xenophontem excerpsisset, omnia graviora, quae ille referebat, in suum librum transtulisset, quod cum non fecerit, res mihi aliter se habere videtur. Fuisse scriptorem, qui Lacedaemonios moneta coriacea uti narravit, ex verbis Senecae, qui idem refert, elucet his (de benef. V 14): „aes alienum habere dicitur, et qui aureos debet, et qui corium publica forma percussum, quale apud Lacedaemonios fuit, quod usum numeratae pecuniae praestat.“ Haec quoque verba nihil valere putat Trieberus (l. l. p. 41). Fuisse tamen apparet aliquem scriptorem, qui talia referret. Ut veriora tradant Xenophon (l. l. VII 5) et Plato (Eryx. p. 400), nostra hoc interest, ut iam dixi, exquirere fontes, ex quibus, quae habemus, fluxerint; itaque duos fontes fuisse credo: alter Lacedaemonios ferrea moneta uti, alter, ex quo hausit Nicolaus, coriacea tradidisse videtur.

Cetera quoque Nicolai fragmenta quamquam cum Xenophonte ea de eisdem rebus consentire non nego, tamen ex eo sumpta non videntur esse; nam similitudines illae ortae sunt eo, quod et Xenophon, et Nicolai auctor saepius aut eosdem fontes adierunt, aut casu, cum de eadem re loquerentur, eisdem verbis eam narraverunt, aut fortasse auctor Nicolai nonnulla ex Xenophonte hausit: ea enim, quae de puerorum institutione ab eo narrantur (c. II), multi scriptores, qui post eum fuerunt, eademque de re scripserunt, in suos libros transscripserunt, velut Heraclidem sive Aristotelem, quae de hac re narret, ex hoc fonte hausisse demonstravit Holzingerus [32]). Sed Nicolaum ipsum nihil ex Xenophonte mutuatum esse pro certo habeo.

Nunc quis fuisse videatur auctor Nicolai paucis demonstrabo. Atque primum quidem, cum nusquam nisi apud Xenophontem similia legantur, fontem eius servatum non esse apparet. Deinde id mihi praetermittendum non videtur, quod in Nicolai fragmentis praeter ea, quae de Scythis sunt, de Cretensibus et Lacedaemoniis

[32]) Philol. LII p. 90 sq.: wahrscheinlich ist es niemand Anderer, als Xenophon, dessen Darstellnng für diesen einen τόπος als mustergiltig betrachtet wurde und wegen der einfachen und treffenden Ausdrucksweise bei den späteren Darstellern Gnade fand.

Digitized by Google

longe plurima exstant; id non casu accidit, sed Nicolai consilio, qui de his gentibus plurimam invenit collectam materiam. Ergo ipse auctorem secutus est eum, qui de Cretensium et Lacedaemoniorum institutis permulta quaesiverat uberrimeque disseruerat, quod fecisse Ephorum tradit Polybius (VI 4) his verbis: ὁ δ' Ἔφορος, χωρὶς τῶν ὀνομάτων, καὶ ταῖς λέξεσι κέχρηται ταῖς αὐταῖς· ὑπὲρ ἑκατέρας ποιούμενος τῆς πολιτείας (sc. τῆς Κρητικῆς καὶ τῆς Λακεδαιμονικῆς) ἐξήγησιν, ὥστ' εἴ τις μὴ τοῖς κυρίοις προσέχοι, κατὰ μηδένα τρόπον ἂν δύνασθαι διαγνῶναι περὶ ὁποτέρας ποιεῖται τὴν διήγησιν. Ex his igitur Ephorum duabus narrationibus de Cretensibus Lacedaemoniisque disseruisse satis apparet (cf. p. 17 sq., cf. Holzingeri verba de hac re in Philol. LII p. 99 sqq.). Itaque sic concludo: cum, quibus locis Nicolai fontem adhuc cognovimus, eis Ephoro illum auctore usum esse intellexerimus (cf. quae supra attuli de Hiberis (p. 5 sqq.), de Celtis (p. 7 sqq.), de Cretensibus (p. 12 sqq.), cum Polybii testimonio Ephorum de Cretensibus et Lacedaemoniis accuratissime verba fecisse traditum sit, cum duo illa Nicolai fragmenta, quibus de eorum institutis agitur (West. cc. XIII XIV, Stob. M. XLIV 41)„ et longe uberrima sint et alterum, quod est de Cretensibus, ex Ephoro fluxisse supra demonstraverimus, alterum quoque de Lacedaemoniis fragmentum ex eodem fonte sumptum mihi videtur esse. Quod alia quoque de causa verisimile est. Strabo enim qui Lacedaemoniorum leges διὰ τὸ γνώριμον non commemorat (p. 365, 5), sententiam affert Ephori vituperantis eos, qui de similitudine legum Cretensium atque Lacedaemoniorum inventas esse plurimas leges a Lacedaemoniis putarent, neque enim ab his, sed a Cretensibus inventas esse eas, a Lacedaemoniis autem excultas [33]). Itaque Ephorus maxime operam navasse videtur, ut narratione et descriptione utriusque gentis legum demonstraret Cretensium leges esse principales, Lacedaemoniorum easdem, sed iam excultiores. Atque fortasse vestigia illius Ephori consilii collatis eis, quae Nicolaus de Lacedaemoniis refert, cum Strabonis de Cretensibus narratione nonnullis locis exstant. — Cretenses a pueris fortitudini assuefiebant summis laboribus et exercitationibus, apud Lacedaemonios idem spectantes multo aucti sunt illi puerorum

[33]) p. 481, 17: τὸ δ' ἀληθὲς εὑρῆσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων (i. e. ὑπὸ Κρητῶν, sc. τὰ πολλὰ τῶν νομιζομένων Κρητικῶν), ἠκριβωκέναι δέ τοὺς Σπαρτιάτας.

Digitized by Google

labores, ut crudelissimi nobis fuisse videantur. Sed afferamus verba:

Strabo (p. 480, 16) de Cretensibus.	Nicolaus de Lacedaemoniis.
πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν, ἀλλ' ἀνδρίαν κρατεῖν ἐκ παίδων ὅπλοις καὶ πόνοις συντρέφειν, ὥστε καταφρονεῖν καύματος καὶ ψύχους καὶ τραχείας ὁδοῦ καὶ ἀνάντους καὶ πληγῶν τῶν ἐν γυμνασίοις καὶ μάχαις ταῖς κατὰ σύνταγμα κτλ.	οἱ δὲ παῖδες νομίμως περί τινα βωμὸν περιιόντες μαστιγοῦνται ἕως ἂν ὀλίγοι λειφθέντες στεφανωθῶσιν. αἰσχρὸν δέ ἐστι σύσκηνον ἢ συγγυμναστὴν ἢ φίλον γενέσθαι.

Praeterea apud Cretenses pueri et iuvenes tantum exercitabantur, apud Lacedaemonios etiam puellarum virginumque corpora in gymnasiis corroborabantur Nicolai testimonio: γυμνάσια δ' ὥσπερ ἀνδρῶν ἐστι, οὕτω καὶ παρθένων. Atque ut Lacedaemonii in pueris educandis fuerunt crudeliores, quam Cretenses, ita pudore quoque animos puerorum accendere et ad fortitudinem excitare solebant: nam cum ignavi amicum aut contubernalem esse summo omnibus Lacedaemoniis esset dedecori atque illud hominum genus ut nequissimum ab omnibus despiceretur, quam maxime cavebant omnes, ne ignavi haberentur. De Cretensibus idem traditum non est, sed quamquam illam ignavorum contemptionem ex tota puerorum institutione facile ortam esse confiteor, tamen, num iam apud Cretenses id factum sit eadem acerbitate atque apud Lacedaemonios dubito. Multo mihi verisimilius videtur esse a Lacedaemoniis Cretensium instituta hoc modo exculta atque quasi exaggerata esse, quod Ephorum quoque voluisse demonstrare facile crediderim. Itaque vestigia eius, quamvis sint exigua, exstare videntur in Nicolai narratione, quam ob rem illa fragmenta ex eo fluxisse puto[34]).

Nonnulla eorum, quae de Telchinibus refert Nicolaus (West. c. 15, Stob. H. III 38, 52), invenimus etiam apud Strabonem (p. 653):

---

[34]) Nonnulla eorum, quae Nicolaus narrat de Lacedaemoniis, exstant etiam in codice Vat. XII, cf. Rohde p. 42, frgm. LXII: Λακεδαιμόνιοι τοὺς γέροντας αἰσχύνονται οὐδὲν ἧττον ἢ πατέρας. — γυμνάσια δ' ὥσπερ ἀνδρῶν ἐστιν, οὕτω καὶ παρθένων. ξένοις δ' ἐμβιοῦν οὐκ ἔξεστιν ἐν Σπάρτῃ, οὔτε Σπαρτιάταις ξενιτεύειν. οὗτοι γυναιξὶν παρακελεύονται. ἐκ τῶν εὐειδεστάτων κύειν καὶ ἀστῶν καὶ ξένων.

Digitized by Google

Nicolaus.	Strabo.
Τελχῖνες ἄνθρωποι ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες οἰκήσαντές τε καὶ ἐν Κύπρῳ, μεταναστάντες δὲ εἰς Ῥόδον καὶ πρῶτοι τὴν νῆσον κατασχόντες, βάσκανοι δὲ σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεροί, τεχνῖτες δὲ ὄντες καὶ τῶν προτέρων ἔργα μιμησάμενοι Ἀθηνᾶς Τελχινίας ἄγαλμα πρῶτοι ἱδρύσαντο, ὥστερ εἴ τις λέγοι Ἀθηνᾶς βασκάνου.	ἐκαλεῖτο δ' ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσα καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινὶς ἀπὸ τῶν οἰκησάντων Τελχίνων τὴν νῆσον, οὓς οἱ μὲν βασκάνους φασὶ καὶ γόητας — πρώτους δ' ἐργάσασθαι σίδηρόν τε καὶ χαλκόν.

In primis igitur fere consentiunt, sed Strabo Telchines primos opera aenea fecisse, Nicolaum opera maiorum eos vituperasse dicit. Tum Strabo Telchines e Creta Rhodum venisse non commemorat. Quae Strabo refert, similia sunt eorum, quae a Diodoro (V 55) de origine Telchinum traduntur, sed afferam nonnulla eius verba: τὴν δὲ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Ῥόδον πρῶτον κατῴκησαν οἱ προσαγορευόμενοι Τελχῖνες . . . ., sequuntur fabulae, quae de eorum origine narrabantur, tum ἀγάλματα, inquit, θεῶν πρῶτοι κατασκευάσαι λέγονται, καί τινα τῶν ἀρχαίων ἀφυδριμάτων ἀπ' ἐκείνων ἐπωνομάσθαι, neque multo post: λέγονται δ' οὗτοι καὶ γόητες γεγονέναι. Diodorus igitur, sicuti Strabo mentionem non facit migrationis, quam Nicolaus commemorat, tum consentire videtur illud ἀγάλματά τε θεῶν πρῶτοι κατασκευάσαι λέγονται cum illo Strabonis πρῶτους δ' ἐργάσασθαι σίδηρόν τε καὶ χαλκόν, tum Strabo et Diodorus appellant Telchines γόητας, quod non invenimus apud Nicolaum. Auctor autem eorum omnes, quae de Telchinibus narrabantur, fabulas in librum suum recepisse videtur, contra Nicolaus secutus est scriptorem quendam, qui fabulis de originibus Telchinum neglectis certa sibi investigasse videbatur accurateque de his rebus faciebat verba. Id autem proprium fuit Ephori, qui, ut Stelkensii [35]) verbis utar, „tantopere abhorruit a vulgari fabulas enarrandi cupiditate, ut illis omissis scribendi initium sibi inde sumpserit, ubi vera ac fide digna reperire potuit, ab Heraclidarum reditu". Itaque illa Nicolai verba Ephoro deberi facile opinamur, quae opinio vel eo confirmatur, quod apud alios

[35]) **Stelkens, de Ephori Cumaei fide atque auctoritate, diss. inaug. Monaster. 1857, p. 15 sqq. — cf. de hac re: Marx, Ephori Cum. frgmt. p. 51 sqq. — Kluegmann, de Ephoro historico, diss. inaug. Gotting. 1860 p. 28.** Diod. IV 1: Ἔφορος τὰς παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη.

Digitized by Google

scriptores, quos sequi potuit, ut Herodotum, nihil de Telchinibus scriptum invenimus.

Quae de Ciis Nicolaus refert [36]), ea apud alios scriptores non leguntur, neque quae de Triballorum pugnandi ratione tradit [37]), aliunde nota sunt, ut, unde haec sumpta sint, diiudicari non possit, Quae de Causianis narrat [38]), his temporibus novo quodam testimonio confirmata sunt. Nam in Flindersii Petri Papyris [39]) fragmenta libri cuiusdam, quo νόμιμα βαρβαρικά tractabantur, exstant et inveniuntur similia de huius gentis institutis dicta. Haec autem sunt verba: Καυσιανοῖς δὲ νόμι(μον τοὺς μὲν) γεννωμένους θρηνεῖν, τοὺς δ(ὲ) τελευτῶντας εὐδαιμον(ίζ)ειν ὡς πολλῶν πόνων ἀναπεπαυμένους. Cum his fere ad verbum consentiunt, quae Nicolaus dicit: Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γεννωμένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσιν [40]). Atque primum quidem hae narrationes ex eodem fonte fluxerunt. Quod Herodotus (V 4) similia refert de Trausis [41]), non mihi tanti momenti videtur, ut emendemus nomen Causianorum scribamusque pro Causianis Trausianos [42]), quod quidem Muellerus fieri vult (F. H. G. III 460, adn. ad 119). Legimus enim etiam in Plutarchi de proverbiis libro (ed. Crusius, Festprogr. z. akad. Feier des Geburtstages des Königs Karl von Württemberg, 1887, sub prov. X): Καυσιανοὶ ἐπὶ μὲν τοῖς γεννωμένοις δακρύουσιν, ἐπὶ δὲ ἀποθνήσκουσι χαίρουσιν. Crusius ipse dicit (l. l. p. XVIII): „praeterea ad Nicolaum Damascenum coniectura satis probabili bona saltem pars νόμων vel ἐθῶν παραδόξων refertur, quae sub prov. X explicantur." Quae Nicolai narrationes

---

[36]) West. c. XVI, Stob. M. CXXIII 12: Κῖοι τοὺς ἀποθανόντας κατακαύσαντες καὶ ὀστολογήσαντες ἐν ὅλμῳ τὰ ὀστᾶ καταπτίσσουσιν, εἶτα ἐνθέντες εἰς πλοῖον καὶ κόσκινον λαβόντες ἀναπλέουσιν εἰς πέλαγος καὶ πρὸς τὸν ἄνεμον ἐξοδιάζουσιν, ἄχρις ἂν πάντα ἐκφυσηθῇ καὶ ἀφανῆ γένηται.

[37]) West. c. XVII, Stob. M. LIV 40: Τριβαλλοὶ τέτταρας φάλαγγας ἐν ταῖς μάχαις ποιοῦνται, τὴν πρώτην τῶν ἀσθενῶν, τὴν ἐχομένην τῶν κρατίστων, τὴν τρίτην τῶν ἱππέων, τελευταίαν τὴν τῶν γυναικῶν, αἳ αὐτοὺς εἰς φυγὴν τρεπομένους κωλύουσι βλασφημοῦσαι.

[38]) West. c. XVIII, Stob M. CXX 24: Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γεννωμένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσιν.

[39]) ed. Mahaffy, I, tab. IX, cf. Blass, litterar. Centralblatt 1891, p. 1203.

[40]) de re cf. Zimmermann, Taschenbuch der Reisen, anni 1802, p. 206, Lobeck, Aglaoph. II 804 adn. l.

[41]) Herodotum sequentes idem narrant: Zenob. V 25; Valer. Max. II 6, 12; Porphyr. de abstin. IV 18.

[42]) Quod iam Crusius negavit cf. Philol., Supplem. VI p. 297; Fleckeis. ann. 135, p. 247.

Digitized by Google

cum Plutarcho consentiant, adnotabo, sed et ille, quem attuli Plutarchi locus, et ceteri ita non abhorrent a Nicolai verbis, ut Crusii suspicio recta esse videatur. Praeterea mea quidem sententia et Nicolaus et ille, cuius de institutis barbaricis fragmenta in illis papyris exstant, sequebantur auctorem, qui non multo post Herodotum eo consilio, ut eum emendaret, quod ille de Trausis narrabat, de Causianis tradidit, eum Ephorum fuisse facile crediderim. Perbene enim dicit Neumannus (Hellenen im Skythenlande p. 315 sq.): „die von der herodoteischen zuweilen stark abweichende und meistens richtigere Schreibart der Eigennamen, wie die Mittheilung mancher Einzelheiten, die von Herodot nicht berührt werden, lehren uns zu gleicher Zeit, daß wir Ephorus auch in Bezug auf das Skythenland — sunt autem Causiani Scytharum gens — als einen unabhängigen Arbeiter betrachten müssen und daß seine Angaben für die Befestigung des herodoteischen Berichts unendlich wertvoller sind, als die mit letzterem vollkommen übereinstimmenden Excerpte späterer Schriftsteller[43]).

Quae de Tauris Sindisque refert Nicolaus[44]), non habent, ex quibus nos, unde fluxerint, cognoscamus. — Plura praebent ad fontis cognitionem, quae de Sauromatis[45]) dicit. Sententia enim secunda haec narrantur: ταῖς δὲ γυναιξὶ πάντα πείθονται ὡς δεσποίναις. Eadem refert Scymnus Chius (Mueller, F. H. G. I 258 — geogr. min. I p. 233, v. 878 sqq.):

Εἶτα μετὰ τούτους ἐστὶ Μαιωτῶν γένος
Ἰαζαματῶν λεγόμενον ὡς Δημήτριος
(συγγραφεὺς) εἴρηκεν, ὡς δ' Ἔφορος λέγει
Σαυροματῶν λέγεται ἔθνος.

---

[43]) Eadem de Cobrycis narrantur in cod. Vat. XII, Rohde l. l. p. 38, frg. XXVII: παρὰ Κοβρύζοις ἔθος ἐστὶ τὸ μὲν γεννώμενον βρέφος θρηνεῖν, τὸν δὲ θανόντα εὐδαιμονίζειν.

[44]) West. c. XIX. Stob. M. CXXIII 12: Ταῦροι Σκυθικὸν ἔθνος, τοῖς βασιλεῦσι τοὺς εὐνουστάτους τῶν φίλων συγκαταθάπτουσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποθανόντος φίλου ἢ μέρος ἢ τὸ ὅλον ἀποτέμνει ὠτίον, πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ τελευτήσαντος.

Fere eadem narrantur de Liguribus in cod. Vat. XII, Rohde l. l. p. 42 frgm. LXV 2: ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποθανόντος φίλου μικρόν τι τοῦ ὠτίου ἀποτέμνει, ἀναγκαιοτέρου δέ τελευτήσαντος πλεῖον ἀφαιρεῖ. ὅταν δὲ ὁ πάντων εὐνούστατος ἀποθάνῃ . . . .

West. c. XX, Stob. M. CXXIII 12: Σινδοὶ τοσούτους ἐχθροὺς ἐπὶ τοὺς τάφους ἐπιβάλλουσιν, ὅσους πολεμίους ὁ θαπτόμενος ἀπεκτονὼς ᾖ.

[45]) West. c. XXI. Stob. M. XLIV, 41: Σαυρομάται διὰ τριῶν ἡμερῶν σιτοῦνται εἰς πλήρωσιν. Ταῖς δὲ γυναιξὶ πάντα πείθονται ὡς δεσποίναις. Παρθένον δ' οὐ πρότερον συνοικίζουσι πρὸς γάμον, πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ.

Digitized by Google

Τούτοις ἐπιμεμῖχθαι δὲ τὰς Ἀμαζόνας
Τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν ἐλθούσας ποτὲ
Ἀπὸ τῆς περὶ Θερμώδοντα γενομένης μάχης
Ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν Γυναικοκρατούμενοι
Οἱ Σαυρομάται . . . .[46])

Auctorem, ex quo hauserit ea, quae de Sauromatis narrat, non clare dicit Scymnus, sed incerto illo „λέγουσιν" utitur. Sed cum in versu praecedenti, quae de sedibus Sauromatarum dicat Ephorus, afferat totusque eius libellus, ut dicit Marxius (l. l. p. 158, 55), „pro compendio uberioris Ephori Geographiae" haberi possit, dubium non est, quin omnia, quae insequentibus versibus de origine moribusque eorum dicantur, ex illo sint hausta.

Itaque totam hanc Scymni carminis partem merito in Ephori fragmenta Muellerus recepisse videtur. Manifestum igitur est referre apud eum Ephorum eadem atque Herodotum (IV 117), qui pugna ad Thermodontem commissa Amazones captivas custodibus necatis in Scytharum fines venisse et inde, postquam quibusdam invenibus iure matrimonii sint coniunctae, cum viris in eas, quas tum habitarent regiones emigrasse dicit. Sed Herodotus non refert Sauromatarum mulieres imperare viris, commemorat enim tantummodo illos iuvenes Scytharum fecisse, quae ab eis petiverant Amazones, ut a parentibus postularent fortunarum partem aliamque in regionem emigrarent, ne advenae illae a Scytharum mulieribus iniuriis afficerentur. Scriptores igitur ei, qui post Herodotum erant, imprimis Ephorus (cf. verba Neumanni, quae supra attuli, p. 37), eum hoc loco emendasse videntur, cum de Sauromatarum institutis certiora investigassent, quod quidem illum saepius fecisse aliis quoque locis cognoscitur. Nam quamqam maximas inter Ephorum et Herodotum similitudines in rebus et geographicis et historicis conspici negari non potest (cf. frg. 38. cum Her. VII 70, frg. 103 cum Her. IX 27), Ephorum tamen ex Herodoti libris res non sine iudicio transcripsisse credendum est. Obvii enim sunt, ut Stelkensii[47]) verbis utar, multi loci, „quibus suum ipsius iudicium ab Herodoto seiunxisse eum elucet" conferas

[46]) Eidem versus hinc hausti leguntur in Anonymi periplo Ponti Euxini, cf. Mueller, geogr. min. I 412, 45.

[47]) De Ephori fide atque auctoritate p. 23; de tota re cf. Bauer, die Benutzung des Herodot durch Ephoros, Jahrbb. Fleckeisens, Supplementband X p. 281 sqq.

Digitized by Google

quaeso fr. 111 cum Her. VII 11, quibus locis de Gelone non eadem tradunt, aut fr. 107 cum Her. VI 133, quibus locis plane dissentiunt de Miltiadis in Parum expeditione. His quidem ostenditur „Ephorum interdum discrepare cum Herodoto et aut eorum, qui ab eo diversa tradiderant, praetulisse sententias, aut proprio Marte res fama acceptas libris suis inseruisse“ (Stelkens. l. l. — cf. Bauer. l. l. p. 281 sqq. p. 305 sqq. p. 316 sqq.). Imprimis eas res, quae in Herodoti libris nimis mirae atque fabulosae videbantur, sublata omni superstitione certis causis a ratione non discrepantibus ortas esse demonstrabat (cf. p. 35)[48]), sed non modo in his, sed etiam in aliis rebus, de quibus aut accuratiora investigaverat, aut nova, quae ei magis placebant, aliunde arcessiverat, auctorem non presse secutus est, atque quamquam in hac re saepius erravit falsaque tradidit — cuius rei exempla afferunt Endemannus (Beitr. z. Kritik des Ephor, Marburg. Gymn.-Progr. 1881, p. 11 sqq.) et Bauerus (l. l. p. 305 sqq.) — tamen hoc nostram causam parum attingit: attingit vero illud, quod multis locis aut plura narravit, quam Herodotus, aut correxit eius narrationem, quod de Sauromatis quoque fecisse videtur. Ephoro igitur auctore Nicolaus usus est, cum etiam hic de illa gente dicat: ταῖς δὲ γυναιξὶ πάντα πείθονται ὡς δεσποίναις. — Hunc eius fontem alio quoque modo demonstrare possumus. Scylax enim, qui dicitur, Caryandensis dicit (geogr. min. I 59, 70): Σαυροματῶν δέ ἐστιν ἔθνος γυναικοκρατούμενον; haec ex Ephoro ea de causa fluxisse videntur, quod cum verbis Scymni, quae supra attuli, congruunt; fortasse enim Scylax Ephoro auctore usus est, quod quidem Letronnius putat (poèm. géogr. p. 216) aut eundem adiit fontem atque Ephorus, veluti Hecataeum; quam ob rem Nicolaum, qui eadem tradit, Ephorum secutum esse verisimile est. — Praeterea Nicolaus per tres dies Sauromatas cibo ita se ingurgitare, ut repleantur, dicit. Haec neque apud Herodotum, neque apud alium scriptorem inveniuntur, ut, unde translata sint, obscurum sit.

Virginibus nuptias non prius concedi apud Sauromatas, quam hostem aliquem interfecerint, et Nicolaus et Herodotus (IV 117) referunt. Sed hanc ob causam nostra de Nicolai fonte opinio

---

[48]) cf. Bauer, l. l. p. 329: Bemerkenswerth ist eine absichtliche Vermeidung all des Wundersamen in Herodots Bericht, Neigung zu Antithesen und ein oratorisches Colorit.

Digitized by Google

commutanda non est. Nam cum Ephori operum habeamus paucas reliquias, mirum non est permulta eorum, quae ex eius libris fluxisse merito suspicamur, esse amissa; itaque cum, quae de Sauromatarum γυναικοκρατία refert Nicolaus, ex eo hausta esse videantur, ea quoque, quae de grandibus eorum epulis virginumque nuptiis narrat, ad eum revocanda sunt, praesertim cum haec instituta eiusmodi sint, ut a scriptore eo, qui semper miros omnium gentium mores tradebat veraque investigabat, non facile praetermittantur. Eadem de virginum nuptiis Plutarchi de proverbiis libro, quem supra tetigi, de quo nonnullas narrationes ex Nicolao excerptas esse putat Crusius, narrantur (prov. X): παρ' Ἀμαζόσιν οὐδεμία γαμεῖται, ἐὰν μὴ πολέμιον ἀνέλῃ [49]). —

Sed de hac re satis. —

Quae de Galactophagis narrat Nicolaus [50]), digna sunt, quae accuratius tractentur. Similia enim, quae ex Ephoro hausit, refert de eis Strabo (p. 302, 9). Haec autem sunt utriusque verba:

Nicolaus.	Strabo.
Γαλακταφάγοι Σκυθικὸν ἔθνος ἄοικοί	Ἔφορος δ' ἐν τετάρτῃ τῆς

[49]) Cum Nicolao consentiunt, quae narrantur in cod. Vat. XII, Rohde l. l. p. 41 frgm. L: Σαυρομάται διὰ τριῶν ἡμερῶν σιτοῦνται εἰς πλήρωσιν· ταῖς γυναιξὶν δὲ πάντα πείθονται καὶ αὐτοὶ φοροῦσι γυναικείαν ἐσθῆτα. ἐάν δέ τις τῶν πολεμίων καταφύγῃ πρὸς τὸ ἑπὶ τῆς ἑστίας πῦρ καὶ τοῖς ἀνθραξι τὸ πρόσωπον μολύνῃ, οὐκέτι αὐτὸν ὡς ἱκέτην ἀδικοῦσιν (haec sententia deest apud Nicolaum). παρθένον δὲ οὐ πρότερον συνοικίζουσιν εἰς ἄνδρα, πρὶν ἂν πολέμιον κτάνῃ. Confer etiam frgm. XXIX: αἱ τῶν Σαυροματῶν γυναῖκες οὐ πρότερον γαμοῦνται, ἂν μὴ ἄνδρα κτείνωσι πολέμιον.

[50]) West. c. XXII; Stob. H. III 1, 200: Γαλακτοφάγοι. Σκυθικὸν ἔθνος, ἄοικοί τέ εἰσιν ὥσπερ καὶ οἱ πλεῖστοι Σκυθῶν, τροφὴν δ' ἔχουσι γάλα μόνον ἵππειον, ἐξ οὗ τυροποιοῦντες ἐσθίουσι καὶ πίνουσι, καί εἰσι διὰ τοῦτο δυσμαχώτατοι, σὺν αὐτοῖς πάντη τὴν τροφὴν ἔχοντες. Οὗτοι καὶ Δαρεῖον ἐτρέψαντο. Εἰσὶ δὲ καὶ δικαιότατοι, κοινὰ ἔχοντες τά τε κτήματα καὶ τὰς γυναῖκας, ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτῶν πατέρας ὀνομάζειν, τοὺς δὲ νεωτέρους παῖδας, τοὺς δ' ἡλικας ἀδελφούς. Ὧν ἦν καὶ Ἀνάχαρσις, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν νομισθείς, ὃς ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἵνα ἱστορήσῃ τὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα. Τούτων καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν οἷς φησιν·

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημόλγων
Γλακτοφάγων ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Ἀβίους δ' αὐτοὺς λέγει ἢ διὰ τὸ γῆν μὴ γεωργεῖν ἢ διὰ τὸ ἀοίκους εἶναι ἢ διὰ τὸ χρῆσθαι τούτους μόνους τόξοις· βίον γὰρ λέγει τὸ τόξον. Παρὰ τούτοις οὐδὲ εἷς οὔτε φθονῶν, ὡς φασιν, οὔτε μισῶν οὔτε φοβούμενος ἱστορήθη διὰ τὴν τοῦ βίου κοινότητα καὶ δικαιοσύνην. Μάχιμοι δ' οὐχ ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς, ὅταν δέῃ, καὶ διὰ τοῦτο Ἀμαζόνας γενναιοτάτας εἶναι· ὥστε ποτὲ ἐλάσαι μέχρι Ἀθηνῶν καὶ Κιλικίας, ὅτι τούτων παρῴκουν ἐγγὺς τῆς Μαιώτιδος λίμνης.

Digitized by Google

τέ εισιν, ὥσπερ καὶ οἱ πλεῖστοι Σκυθῶν, τροφὴν δ' ἔχουσι γάλα μόνον ἵππειον . . . . εἰσὶ δὲ καὶ δικαιότατοι κοινὰ ἔχοντες τά τε κτήματα καὶ τὰς γυναῖκας ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτῶν πατέρας ὀνομάζειν, τοὺς δὲ νεωτέρους παῖδας, τοὺς δ' ἡλικας ἀδελφούς, ὧν ἦν καὶ Ἀνάχαρσις, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν νομισθείς, ὃς ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἵνα ἱστορήσῃ τὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα. τούτων καὶ Ὅμηρος μέμνηται, ἐν οἷς φησιν.

Μυσῶν δ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημόλγων
Γλακτοφάγων ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

ἱστορίας . . . φησί . . . εἶναί . . . τινας τῶν Νομάδων Σκυθῶν γάλακτι τρεφομένους ἵππων τῇ τε δικαιοσύνῃ πάντων διαφέρειν, μεμνῆσθαι δ' αὐτῶν τοὺς ποιητάς· Ὅμηρος μέν· Γλακτοφάγων ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. . . . . κοινὰ πάντα ἔχοντες τά τε ἄλλα καὶ τὴν ὅλην συγγένειαν. καὶ τὸν Ἀνάχαρσιν δὲ σοφὸν καλῶν ὁ Ἔφορος τούτου τοῦ γένους φησὶν εἶναι.

Plane cum horum verbis consentiunt, quae de eisdem Galactophagis ex Ephoro se hausisse Scymnus Chius dicit (Mueller F. H. G. I 257, 58 — geogr. min. I 231 v. 842 sqq.):

εἴρηκεν Ἔφορος . . . . . .
. . . . . .
νομαδικὰ δ' ἐπικαλούμεν' εὐσεβῆ πάνυ
ὡς οὐδὲ εἷς ἔμψυχον ἀδικῆσαι πότ' ἄν
οἰκοφόρα δ' ὡς εἴρηκεν καὶ σιτούμενα
γάλακτι ταῖς Σκυθικαῖσι δ' ἱπποκομίαις·
ζῶσιν δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες
κοινὴν ἁπάντων τήν τε σύνολον οὐσίαν.
καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
φησὶν γενέσθαι τῶν σφόδρ' εὐσεβεστάτων [51]).

Etiamsi Strabo et Scymnus non essent professi nomen auctoris, quem sequerentur, tamen eos ex eodem fonte, quo Nicolaum, hausisse esset verisimile. Quattuor enim sunt res, quos omnes tres servato fere eodem ordine proferunt; primum Scytharum permultorum victum lacte equarum constare, deinde eos esse omnium hominum iustissimos, tum communia esse apud eos cum cetera,

[51]) Eidem versus ex Scymno translati inveniuntur in Anonymi Periplo Ponti Euxini, Mueller, geogr. min. I 413 v. 49 sqq.

Digitized by Google

tum mulieres et liberos, tum Anacharsim [52]) ex eis ortum esse. Itaque cum et Strabo et Scymnus haec esse relata dicant ab Ephoro, certa mihi videtur esse origo. — At non omnia, quae a Nicolao proferuntur, apud Strabonem et Scymnum exstant, velut quae apud eum legimus de mulieribus earumque virtute. Hoc eo factum videtur esse, quod illi, dum terrarum situm et naturam describunt, non multa referebant de gentium moribus, itaque hoc quoque loco non omnia, quae Ephorus narrabat de Scytharum moribus, tradidisse videntur, Nicolaus autem, cuius permultum intererat omnia mira minusque usitata unius cuiusque gentis instituta proferre, magna cum diligentia ea, quae de his rebus reperiebat apud Ephorum, excerpebat. —

Quae Herodotus de Scytharum institutis narrat (IV 59—76), ea fere omnia de deis eorumque cultu sunt, ut Ephorus, cum permulta de eorum moribus proferret, eius narrationem complevisse videatur. Diodorus rem plane aliter narrat (II 44, 45) neque Ephorum respexisse videtur. —

[52]) cf. La. Diog. I 40: Ἔφορος ἀντὶ Μύσωνος Ἀνάχαρσιν (sc. in septem sapientium numero habet).

Digitized by Google

Sententiae controversae.

1) Eur. Bacch. v. 1028:
χρηστοῖσι δούλοις συμφορὰ τὰ δεσποτῶν retinendus est.

2) Aristoph. Eccl. v. 255 scribendus est hoc modo:
τούτῳ γ' ἄν εἴποιμ' ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν.

3) Demosthenes ab Harpalo corruptus est.

4) In Demosthenis oratione περὶ στεφάνου § 130 legendum est cum codd. S. L.:
ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ γίγνεσθαι δηλονότι τῆς ἐπωνυμίας τυχοῦσαν.

5) Ibidem retineo: τὸν μὲν πατέρα.

6) In carminibus illius poëtae, qui dicitur „*der wilde man*" legendum est I 138 pro: *als sie hen nie hedde irkant* sic: *als sie hen nie inhedde irkant* et III 405 pro *wese barmherzich wider dich selben nit* sic: *inwese barmherzich wider dich selben nit.*

7) Discipulis gymnasiorum clarissima antiquae artis monumenta proponenda atque interpretanda sunt.

Digitized by Google

Vita.

Natus sum Eugenius Reimann, Vratislaviensis a. d. III. Kal. Nov. a. h. s. LXX patre Eugenio, matre Olga e gente Kirchner. quos adhuc deus benignus mihi servavit. Fidei addictus sum evangelicae.

Primordiis litterarum imbutus sum in schola Vratislaviensi, quae dicitur Gymnasium zu St. Maria-Magdalena, postea, cum parentes domicilium transtulissent Berolinum, ibi in gymnasio Ascaniensi maturitatis testimonium adeptus sum a. h. s. XC. Tum civis academiae Berolinensis inscriptus primum per sex menses me dedi studiis medicis, post hoc tempus, cum ad ordinem philosophorum transissem, Berolini per sex menses studiis grammaticis me dedi, tum civibus academiae Monacensis adscriptus sum. Post sex menses Berolinum reverti ibique per sex semestria litteris studui.

Interfui scholis virorum illustrissimorum Monachiae: R. Schöll (†) et Wölfflin, Berolini: Curtius, Diels, Dilthey, Ebbinghaus, de Gizycki (†), Hübner, Kekulé, Kirchhoff, Roediger, E. Schmidt, Vahlen, Weinhold, Zeller. Praeterea mihi Monachiae permisit Schöll, ut interessem exercitationibus seminarii philologici, Berolini interfui per ter sex menses exercitationibus philologicis, quas habebat Diels, sexies sex menses exercitationibus archaeologicis, quas habebat Kekulé, ter sex menses exercitationibus seminarii germanici, cui sodalis ordinarius addictus sum moderantibus Weinhold et E. Schmidt.

Omnibus his viris doctissimis optime de me meritis pium gratumque animum servabo, imprimis autem doctissimo professori Diels, qui me consiliis benignissimis atque benevolentissimis persaepe adiuvit, instruxit, auxit, gratiam maximam et sincerissimam habere semperque habiturum me libenter confiteor.

Digitized by Google

Digitized by Google

RETURN TO ⟶ CIRCULATION DEPARTMENT
202 Main Library

LOAN PERIOD 1 HOME USE	2	3
4	5	6

ALL BOOKS MAY BE RECALLED AFTER 7 DAYS
Renewals and Recharges may be made 4 days prior to the due date.
Books may be Renewed by calling 642-3405.

DUE AS STAMPED BELOW

OCT 30 1987
AUTO. DISC. DEC 22 '86
INTERLIBRARY LOAN
MAY 25 1988
UNIV. OF CALIF., BERK.

FORM NO. DD6, UNIVERSITY OF CALIFORNIA, BERKELEY
BERKELEY, CA 94720

YD00016

GENERAL LIBRARY - U.C. BERKELEY

B000873142

AC831
B4
v.19
Berlin
868.02

Digitized by Google

Digitized by Google